Filij dei pfecta natiuitas nec cepit eſſe nec deſijt. ne preterita ſit ſi deſijt et ne imperfecta ſit ſi adhuc fit. ſed ſic eterna ſit et pfecta quatenus in ea natiuitate eternitas et pfectio habeat. Ex vtero virginis minor dicitur patre xpus. videlicet iuxta humanam aſſumptionē. nō iuxta diuinitatē. Xps et in forma ſerui ſeruus. et in forma ſerui nō ſeruus. In forma quippe ſerui dn̄i ſeruus. et in forma ſerui hoīm dn̄s. Xpus in forma ſerui pter cōceptionis excellentiā dn̄s eſt hoīm. q2 et ſi ſuſcepit carnē non tn̄ ex carnis libidinoſa cōtagione. Mediator dei atq3 hoim homo xpus ihesus nequaq3 alter in humanitate alter in deitate eſt. ſed in vtraq3 natura idem vnus eſt. Nec purus homo conceptus. eſt nec purus homo editus eſt. nec poſtea meritum vt deus eſſet accepit. ſed deus verbum manente incōmutabili eſſentia que illi cum patre et ſpiritu ſancto eſt coeterna. aſſumpſit carnem pro ſalute humaua in qua et impaſſibilis pati et immortalis mori et eternus ante ſecula tpalia poſſet oſtendi. Mediator dei et hoīm homo xps iheſus q̄uis aliud ſit ex prē aliud ex virgine. non tamen alius ex prē alius ex virgine. ſed ipſe eternus ex patre. ipſe tpalis ex matre. ipſe q̄ fecit. ipſe qui factus eſt. ipſe de patre ſine matre. ipſe de matre ſine patre. ipſe conditores templum. ipſe conditor templi. ipſe auctor opis. ipſe opus auctoris manens vnus de vtroq3 et in vtraq3 natura. nec naturaꝝ copulatione cōfuſus. nec naturaꝝ diſtinctione geminatus. Ideo deus in hoīe venit. q2 p ſeipm ab hominibus cognoſci non potuit. Sed vnde nobis conſuluit. inde deſpectionē tulit. q2 in firmitatē quam pro nobis ſuſcepit. homo ſupbus deſpexit. Ob hoc infirma et ſtulta mundi elegit vt fortiora et ſapientiora p que nō cognoſcebaꝫ cōfunderet. Sicut cibum fortem inualidus infans capere non pt. niſi a matre prius editus in lactis ſuccum vertatur. vt qđ in cibo non potuit vti. ſuggendo potetur in lacte per carnem. ita et nos dum eſſemus infirmi ad cōſpiciendam verbi eternitatē. factum eſt ipm verbo caro vt enutriti per carnem fortioreſq3

effecti. cibum ſolidum id eſt verbum domini cum patre ſem
piternum cõtemplando vt angeli ſatiemur. Prima dei dona
eſſe quibus nos nobis reos eſſe oſtẽdit qui dum iaceremus
ſub reatu culpe iuſtos nos eſſe credebamus. Uenit medicus.
patefecit vulnus. compoſuit ſemetipſum. et de ſua morte no
bis medicinam aptauit vt non eſſet oſtenſor tm̃ vulneris ſʒ
et ſanator. Primum ad iſrahel venit xp̄us ſicut et ipſe ait.
non ſum miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrahel.
Ad populum iſrahel prius venit ſed ꝙ non eſſent credituri
ꝓpheta nõ tacuit: dicens. Primus ad ſyon dicet aſſum. et ihe
ruſalem euangeliſtam dabo. et vidi et non erat. neqʒ extitit
quiſqʒ qui iniret conſilium et interrogatus reſponderet ver
bum. Sed qui ad gentes tranſiuit: ſequitur. Ecce ſeruus me
us. ſuſcipiam eum. electus meus. cõplacuit ſibi in illo anima
mea. dedi ſpiritũ meũ ſup eum. iudiciũ gentibus ꝓfert. Quis
ordinẽ noſtre liberationis neſcierit dyabolus. ſciuit tamen ꝙ
pro ſaluatione hoĩm xp̄us aduenit. ſʒ ꝙ ſua idẽ nos morte re
dimeret ignorauit. vñ eum occidit. Nam ſi ille xp̄m ꝑ mortẽ
redimere humanũ genus ſciſſet non eum vtiqʒ peremiſſet. ꝙ
nouerit dyabolus ꝓ ſalute humani generis xp̄m veniſſe euã
gelij teſtimonio docetur. quẽ vt vidit cognoſcẽdo ꝑtimuit di
cẽs q̇d nobis ⁊ tibi fili dei. Uéniſti ante tempus ꝑdere nos.
Xp̄us ſicut peccatum qđ pena dignum eſt nõ admiſit ita pe
nã peccati noſtri ſuſcepit. vt ꝑ indebitã penã ſuã. debitã ablue
ret culpam noſtrã vt ꝑ hoc amitteret dyabolus quos reos
tenebat. dum vnũ interfecit qui nihil peccati admiſerat. Ideo
qʒ quos quaſi iuſte tenuit amiſit. quia iniuſte redemptorem
noſtroꝝ occidit. Illuſus eſt dyabolus morte dñi quaſi auis
Nam oſtenſa xp̄us ſue carnis mortalitate quã interimendã
ille appetebat. abſcõdit diuinitatẽ. vt laqueum quo eum velut
auẽ in ꝓuidam prudenti irretiret decipula. Nã ſi in noxius
xp̄s nõ occideret. hõ dyabolo addictus ꝑ preuaricationẽ nõ
abſolueret. Dyabolus dũ in xp̄o carnẽ humanitatis impetit
que patebat. quaſi hamo diuinitatis eius captus ẽ qui late
bat. Eſt eñ in xp̄o hamus diuinitas eſca autem caro. linea
genealogia. que ex euangelio recitat. Tenens ꝟo hanc lineã.

deus pater eſt. de quo dicit Apoſtolus. Caput xp̄i deus. Et
lucas lineam generationis xp̄i ab imis ad ſumma cōtexens
inchoata ioſeph ⁊ cōſummat in deū. dum dicit qui fuit heli.
et pficiens lineā generis dicit qui fuit dei. Id circo dn̄s in
infernū deſtendit. vt his qui ab eo non penaliter detinebant
viā aperiret reuertēdi ad celos ſcd̄m teſtimoniū Eſaye pphe
te dicētis. Poſuiſti pfundum maris viā vt trāſirent liberati.
Uiam quippe xp̄us in profundū maris poſuit. qn̄ in infernū
deſtendens ſcis iter ad celos reuertendi monſtrauit. Sanc
ti ex tpe reſurrectionis xp̄i ſtatim vt de corpe exeunt. mox ad
celeſtē habitationē aſcendūt. qđ antiquis patribus nō daba
tur. Nā ante aduentū ſaluatoris q̄ſq̄s ſine pena ſupplicij. non
tn̄ in celo ſ3 in inferno ſcōꝝ aīe tenebant. pro q̄bus abſoluen
dis. dn̄s in infernū deſtendit. Xp̄us in celū aſcendens diſceſ
ſit quidem carne. ſed pn̄s eſt maieſtate. ſm illud qđ ipſe ait.
Ecce ego vobiſcū ſum vſq3 ad cōſumationem ſeculi. Sedet
xp̄us ad dexterā patris. nō vt dexterā corpoream habeat pa
ter. ſed dextera patris beatitudo eſt ſicut ſiniſtra miſeria.

## De ſpiritu ſcō. Capi. xvij.

Spiritus ſanctus creator eſt. ſicut pater et verbum
teſtante ppheta. Spiritus dn̄i fecit me. et ſpiraculū
oīpotentis viuificauit me. Sp̄us ſanctus patris
et filij eſt. et inde vnum ſt3 pater et filius. q2 nihil h3 pater qđ
nō h3 filius. Non eñ res vna et duoꝝ cōſubſtantialis pote
rit ſimul ab eis pcedere et ſimul in eſſe. niſi vnū fuerit a q̄bus
pcedit. Spiritus ſancti pignus accepit eccleſia. vt p eum in
vno corpe vnum fierent credentes. p quē pater ⁊ filius vnū
eſſentialiter ſint. ipſo ſaluatore ad patrē dicente. Ut ſint vnū
ſicut et nos vnū ſumus. Xp̄us non tm̄ a patre ſed etiā a ſpiri
tu ſancto ſe miſſum teſtatur. dicēte ppheta. Accedite ad me et
audite. Non a principio in abſcōdito locutus ſum vobis. ex
tpe anteq̄3 fieret ibi eram. et nunc dn̄s miſit me ⁊ ſp̄us eius.
Sp̄us ſanctus p eo q cōſolator ſit paclitus nuncupat. Nā
latine paclitis cōſolatio dicit. Et reuera dū dona ſacramen
toꝝ diſtribuit cōſolationē anime prebet. Credo equidem q

magnā leticiā ſentit qui aliq̄d reuelante ſpū dicit. Donū ſanc
ti ſpūs in mēbris eccleſie ſigillatim diuidit. et in ſingulis ſin
gula dona tribuunt. Xp̄s aūt oēm plenitudinē grāꝝ habuit.
de quo ita legit. Plenus grā et veritate. In xp̄o ergo oīs ple
nitudo grāꝝ eſt nam ſingulis electis ſingula dona tribuunt.
In ſpū ſcō oīs grā donoꝝ conſiſtit. Ipſe em̄ ꝓut vult grāꝝ
dona largit. alijs dans ſermone ſapientie. alijs ſcie. alijs fidē.
atq̧ ita vnicuiq̧ virtute ſpūs ſancti diuiſio grāꝝ tribuit. ⁊ in
oībus idē vnus habet. Ipſe em̄ etiā ineffabilia docet qua ꝓ
ferre humanus ſmo non p̄t. An̄ aduentū dn̄i tantū ꝓphete
et pauci ex oī populo iuſti donū ſancti ſpūs merebant. Poſt
aduentū aūt dn̄i ſpūs ſanctus cunctis ē credentibus diſtri
butus. iuxta qd̄ per ꝓphetam dn̄s loquitur dicēs. Et erit in
nouiſſimis diebus effundam de ſpū meo ſup oēm carnem. et
ꝓphetabunt filij veſtri et filie veſtre. Cunctis em̄ nunc genti
bus grā ſancti ſpūs tradita eſt. neq̧ in paucis aut in populo
iſrahel. ſꝫ in oī credentiū multitudine ſpūs ſancti grā manet.
Aliqn̄ non dignis et reprobis dona ſancti ſpūs cōferuntur.
ſicut ſaulo data eſt ꝓphetia et balaā. Un̄ et multi in fine dic
turi ſīt. dn̄e virtutes in tuo noīe fecimus. quibus dicturus ē
dn̄s. Neſcio vos vn̄ eſtis. Xp̄i aduentū non tm̄ plebis iudee
ſancti ꝓphetantes expectauerūt. ſed fuiſſe etiā in nationibus
pleroſq̧ ſanctos viros ꝓphetie donū habentes quibus ꝑ ſpi
ritum ſanctū xp̄us reuelabat et a quibus eius expectabatur
aduentus. ſicut iob. ſicut balaam qui xp̄i vtiq̧ precauerūt ad
uentum. Cōuerſio gentiū veteri populo latebat. ſꝫ tamen in
cōſilio dei erat vt fieret. et iam tūc a ſanctis ꝓphetis occulte
ꝑ ſpiritū ſanctū predicabatur aduentus xp̄i ſicut dicit ꝓphe
ta. Cum appropinquauerint anni cognoſceris dum aduene
rit tempus oſtenderis. Nunc vero reuelatum p̄tꝫ ꝙ tunc car
nalibus latebat. ſpiritualibus vero notum erat. nondum ta
men manifeſte dicebatur. eo ꝙ tempus oſtenſionis nō eſſet.

## De lege. Capitulum xviij

Via per quā itur ad xp̄m lex eſt per quam vadunt iuſti
ad deū; et vt eſt intelligunt eam. Sanctaꝝ ſcripturaꝝ

altitudo quaſi montes paſcue ſunt.ad quos dum quiſqꝫ iuſto
rum cōſcendit ſe paſcue in deficientis refectionē inueniſſe cō
gaudet. In ſcripturis ſanctis quaſi in montibus excelſis.et
viri ꝑfecti habēt ſublimia intelligentie.quibus greſſus cōtem
plationis quaſi cerui erigant. et ſimplices quaſi ꝑua anima
lia inueniunt modicus intellectus.ad quos humiles ipſi refu
giant. Scriptura ſacra infirmis et ſenſu ꝑuulis ſm hyſtoriā
humilis videtur in verbis. cū excellentioribus aūt viris alti
us incedit.dum eis ſua miniſteria pandit.ac per hoc vtriſqꝫ
manet cōmunis et ꝑuulis et perfectis. Scriptura ſacra pro
vniuſcuiuſqꝫ lectoris intelligentia variat.ſicut māna que po
pulo veteri pro ſinguloꝝ delectatione variū dabat ſaporem.
Iuxta ſenſuū capacitatē ſingulis ſermo dominicus cōgruit.
Et ſingulis dum ſit pro vniuſcuiuſqꝫ intellectum diuerſis
in ſe tamen permanet vnus. Ideo in libris ſanctis quedam
obſcura.quedam aperta reperiuntur. vt intellectus lectoris
et ſtudium augeatur. Nam ſi cuncta parerent.ſtatim intellec
ta vileſcerēt. Rurſus ſi cuncta clauſa exiſterent.cōfeſtim diffi
dentiam gignerent. Ne ergo de obſcuris deſperatio fiat.ea
que manifeſta ſunt ſciant.et ne de intellectis faſtidiū exiſtat.
ea que clauſa ſunt deſideriū excitāt. Nam pleraqꝫ quāto ma
gis latent tanto magis deſideriū prebent. In ſcripturis ſanc
tis ſepe ea que futura ſtꝫ quaſi facta narrantur.ſicut eſt illud.
Dederunt in eſcā meā fel.et potauerunt me aceto. Sed cur
futura quaſi preterita ſcribuntur.niſi qꝛ que adhuc facienda
ſtꝫ in opē.iam facta ſtꝫ in diuina predeſtinatione. Nobis igi
tur tꝑaliter accidunt.que a cōditore oīm ſine tꝑe ꝓuidentur.
Propterea ꝓpheta reꝝ futuraꝝ geſta preterita pn̄tibus miſ
cet rebus.vt ita credantur illa futura.quēadmodū iſta cernun
tur eſſe cōpleta. More eni̅ ſuo ꝑ pn̄tia de futuris loquitur.ſi
cut in ꝑſona iheruſalē de eccleſia.et ſicut in ꝑſona effraim de
hereticis. Pro factis diuinis plerūqꝫ et dicta ponunt̄.idcir
co qꝛ nō oꝑatione manuū deus ſꝫ dicendi imperio oꝑatur.ſi
cut ſcriptū eſt. Dixit et facta ſtꝫ.mandauit et creata ſtꝫ. M in
ſcripturis ſacris vna bis repetit̄ ſententia:aut cōfirmationis
cauſa eſt.aut miſterij. ſicut lex et grā. ſicut iniciū et ꝑfectio.ſi
cut bonū et melius. Lex diuina ī tribus diſtinguit̄ ꝑtibus.i.

in hiſtoria.in p̄ceptis ⁊ in ꝓphetis.Hiſtoria ē in his q̄ geſta ſtꝫ p̄cepta in his q̄ iuſſa ſtꝫ.ꝓphetia in his q̄ futura pronūciata ſtꝫ.Lex diuina triplici ſentienda eſt mō.Primo vt hiſtorice. ſcđo vt tropoloyce tercio vt miſtice intelligant̄.Hiſtorice nā qꝫ iuxta litterā tropoloyce iuxta moralē ſententiā.miſtice iuxta ſpiritalem intelligentiā.Ergo ſic hiſtorice oportet fidē tenere vt eā et moraliter debeamus interpretari et ſpiritaliter intelligere.Tria et ſeptem.decē precepta ſtꝫ.ſed tria ad amorem dei ꝑtinent.ſeptem ad hoies.Illa tria que ad amorē dei ꝑtinent.in vna tabula ſcripta fuerūt.reliqua ſeptem in ſcđa. In prima tabula trium mandatoꝝ.hoc primum eſt.Diliges dn̄m deum tuū.In ſcđa.Honora patrem tuum et matrem. Hinc eſt quod et ſaluator ſcribe interroganti qđ preceptum eſt primum in lege ait.Audi iſrahel dn̄s deus tuus vnus eſt hoc primū eſt.Scđm ꝟo ſimile eſt huic.Diliges proximū tuū ſicut teipſum.Unū namqꝫ preceptum de prima tabula dixit quod ad dei ꝑtinet amorem.alterum vero de alia tabula.quod ad hominis pertinet dilectionem.

# De eccleſia et hereſibus.

Capitulum xix.

GEmina eſt eccleſie pulchritudo.vna quā hic bn̄ viuēdo cōſequit̄.altera ꝑ quā illic ex retributōe glorificabit̄.Eccleſie ꝓpter xp̄m gemine tribulationes exiſtūt id eſt ſiue quas a paganis ꝑtulit in martiribus.ſiue quas ab hereticis ꝑfert in diuerſis cōcertationibus.Utraſqꝫ aūt per gratiā dei exuperat.ꝑtim ferendo.ꝑtim reſiſtēdo.Sancta eccleſia catholica ſic male viuētes in ſe patienter tolerat.ita male credentes a ſe repellit.Sancta eccleſia cōtra gentiliū atqꝫ hereticoꝝ ꝑtinaciā ſummope ſapientiā et pacientiā opponere ſtudet.ſꝫ exercetur eius ſapientia cū tentatur verbis.exercet̄ paciētia cū tentatur gladiis.Nunc em̄ ꝑſecutionibus appetit̄. nūc falſis aſſertionibus laceſſitur.Cauſa prauitatis heretice doctrinis eſt ꝓpagata eccleſia.nam antea ſimplici tm̄ fide videbat.Hereticoꝝ igitur occaſione ꝓpagati ſtꝫ doctores in fide.et ꝑ acumina hereſim eccleſie magiſtri creuerūt.Nam tūc clarius manifeſtat̄ veritatis aſſertio quādo patuerit quelibet

diſſenſio. Scā eccleſia ideo dicit̄ catholica, p eo q̄ vniuerſaliter p oēm ſit mundū diffuſa. Nā hereticoꝝ eccleſie in ꝑtibus mūdi coartant̄. hec ṽo in toto orbe diffuſa expandit̄. Paulo atteſtante Apoſtolo: Grās inquit ago deo meo ꝑ oibus vobis qꝛ fides veſtra annunciatur in vniuerſo mūdo. Hereſes aūt in aliquo angulo mūdi. aut in vna ꝓuincia inueniuntur verſari. Eccleſia ṽo catholica. ſicut ꝑ totū mundū extendit̄. ita et oīm gentiliū ſocietate cōſtruitur. Qui ſt̄ꝫ heretici niſi q̄ relicta dei eccleſia priuatas elegerunt ſocietates: De quibus dn̄s dicit: Duo mala fecit populus meus. me dereliquerūt fontem aque viue. et foderūt ſibi ciſternas diſſipatas que cōtinere non valent aquas. Cauſa hereſis ob quā rem fit: Ad exercitationē fidei. Uis ṽo ꝑ quā fit. obſcuritas eſt diuinaꝝ ſcripturaꝝ in qua caligantes heretici aliud q̄ꝫ ſe res habeat intelligūt. nec eſſe pn̄t. qꝛ id ip̄m qđ exiſtūt hereſes iā non ſt̄ꝫ. Male em̄ ſentiendo eſſe iam deſierūt. ad nihilū em̄ tendunt. Heretici ingenti ſtudio mendacia ſua diſcunt. et labore vehementi ne in vnitatem eccleſie veniant decertant. de quibus ꝑ ꝓphetam cōgrue dicit̄: Docuerūt linguā ſuā loqui mendaciū et vt inique agerēt laborauerūt. dum viciſſim heretici mutuo ſe lacerant qn̄ alterutrū ſe in ꝓprias ſectas inducūt. ſic tamē in inuicē ſeſe colligunt vt cōtra eccleſiam pari erroris ſpiritu decertent. Et qui ab inuicem ſt̄ꝫ diuiſi. in aduerſitate eccleſie ſimul exiſtunt vniti: eiſq; qui pro eo q̄ tm̄ valeant hereſes videntur habere veritatem: hoc reſpondendum eſt. Non ideo ſaluti preponendi ſunt morbi. quia plerumq; ita generaliter mundum occupant vt ꝑuum ſaluti locum relinquant.

## De hereticis. Capitulū xx

Non poſſe hereticos habere veniā. niſi ꝑ eccleſiam catholicā. ſicut et amici Job nō ꝑ ſe placare deū potuerūt. niſi ꝓ eis Job ſacrificiū obtuliſſet. Opera bona q̄ heretici faciunt et iuſticia eoꝝ. nihil eis ꝓdeſt. teſtante dn̄o ꝑ Hieremiā. Quia mei oblitus es. ecce ego annūciabo iuſticiam tuā. et opa tua non proderunt tibi. Heretici q̄uis legē et ꝓphetas ad impleant. ex eo tm̄ q̄ catholici nō ſt̄ꝫ. nō eſt deus in eoꝝ cōuentibus. ipſo dn̄o teſtante: Si ſteterint Moyſes

et Samuel coram me. non eſt aīa mea ad populū iſtum. eijce eos a facie mea et egrediant̄. Per moyſem quippe et ſamuel legē accipe et ꝓphetas. quos ꝗuis heretici ope implere cōtendant. ꝓpter erroris tñ impietatē a vultu dei proiciuntur et a iuſtoꝝ cōuentibus ſeperantur paganus et hereticus. ille qꝛ nūꝗ̄ fuit cū dei populo. iſte qꝛ receſſit a dei populo. vterqꝫ recedētes a xp̄o ad dyaboli ꝑtinent corpus. Qui ab idolatria ad iudaiſmū vel hereſim tranſeunt. iuxta Prophetā De malo ad malū egreſſi ſūt et dn̄m non cognouerūt. qꝛ de infidelitatis errore in errorē aliū tranſierūt. Cuius doctrinā quiſqꝫ ſequit̄. huius et filius nuncupat̄. ſicut et ꝑ Prophetā Amorreū patrem et Cebeam matrē eſſe iſrahel. dn̄s dicit. nō vtiqꝫ naſcēdo ſ; imitando. Sic et in meliorē prēm filij dei nuncupantur qui precepta dei cuſtodiunt. Vn̄ et nos nō natura. ſ; optione clamamus deo dicentes: Pater nr̄ qui es in celis. Non ſolum tm̄ natiuitate ſed etiā imitatione filios poſſe alicuius vocari. Nam iudei ſm̄ carnē filij Abrahe. ſm̄ ꝑ̄uo cōuerſationē filij dyaboli nuncupant̄. ac ꝑ hoc illi ſūt ſemē Abrahe qui eius imitantur fidem. non qui ex eius generati ſūt carne. De errore auctoris trahitur a quibuſdam et nomen ⁊ culpa. vt ipſius vocabulo cenſeatur cuius errorem ⁊ ſequitur. ſicut eccleſie ꝑgami in Apocalipſi dicit̄. Habes tenentes doctrinam Balaam et Jezabel. Doctrinā igitur Balaam dicit̄ habere. ꝓpter imitationem non ꝓpter preſentiam corporalem.

# De gentibus Philoſophis.

Capitulum xxi.

Philoſophi gentiū non ſicut oportet deū querentes in angelos inciderunt preuaricatores: factuſqꝫ eſt illis mediator dyabolus ad mortē. ſicut nobis xp̄s ad vitā. Multū mundi philoſophi ꝑ̄dicant̄ in dimenſione tp̄m. curſuqꝫ ſyderū ac diſcuſſione elementoꝝ. et tamē hoc nō niſi a deo habuerūt. Volādo em̄ ſuꝑbe vt aues aerē. et emergentes in ꝓfundum vt piſces mare. et vt pecora gradientes terrā deſcripſerunt. verūtamen tota mente auctorē eoꝝ intelligere noluerunt. Quare non pn̄t animalia bruta interrogare: quia neſciunt ratiocinari. Ideo nō diſſimiles gentiles hoīes aīali

bus extiterunt. qui talia non conſiderantes et ipſa amplius diligentes vſq₃ ad eoꝝ cultū euanuerunt. Via xp̄us eſt. Si q̄s in ea nō graditur. non eſt q̄uo veniat ad deum. Philoſophi aūt mundi vtiq₃ deū cognouerūt. ſ₃ qꝛ diſplicuit illis humilitas xp̄i in inuio trāſierunt et nō in via. Ideoq₃ euaneſcētes gloriam dei in mendaciū mutauerunt. et rectitudinē vie relinquētes in anfractus inciderunt erroꝝ. Primū vnicuiq₃ eſt ſcire q̄d appetat. Secundum vero eſt vt id quod appetit apprehendat Impfecta quippe ſapientia eſt quo tendas ſcire. et neſcire iter p quod expediat ire. Quid eñ prodeſt ſi quis famis tempore vbertatis regionem videat. et viam p quam ad illam pergat ignorat? Ecce patriam quiſq₃ querit. ſed viā perdidit. errando graditur. non proficiendo: quantoq₃ plus ambulat tanto magis ab eo quod querit elongatur. Qui viam regiam. hoc eſt xp̄m deſerit. et ſi videat veritatem a longe videt. quia niſi per viam non eſt q̄uo ad eam ppinquet. Et ſi gradiens per deſertum leonem incurrerit. ſemetipſum redarguat dum in dyaboli faucibus deſerit.

## De differentia teſtamentoꝝ Capitulum xxij.

Quidam ideo nō recipiunt vetus teſtamentū pro eo q̄ aliud in tp̄e priſco aliud agatur in nouo: Nō intelligentes q̄ d̄s q̄d cuiq₃ cōgruerit tp̄i in cognita quadam diſtributione cōceſſerit. ſicut in lege imperat nuptias. in euāgelio virginitatē cōmendat. in lege oculū pro oculo auferre. in euāgelio alterā prebere pcutienti maxillā. Sed illa pro tp̄e fragili. populo. iſta ꝑo pfecto. vtraq₃ tñ pro tp̄e ſua queq₃ cōuenientia comodās. Et tñ pro iſta mutatione nō eſt credēdus deus mutabilis. ſ₃ pocius inde admirabilis p̄dicandus eſt. qꝛ manens incōmutabilis q̄d cuiq₃ vt diximus tp̄i cōmodū fuit. magna cū diſtributiōe cōceſſit. Sub veteri teſtamēto minoris culpe erāt peccata. qꝛ in eo nō ipſa veritas. ſ₃ vmbra veritatis ad erat. Nam in teſtamento nouo preceptis altioribus veritate manifeſta facta quedā q̄ in illo ꝑſo vmbre veritatis deſeruierā. deſerēda nobis precipiunť. Illic eñ fornicatio ⁊ retributio iniurie pmiſſa ſt₃: nec nocebāt. In teſtamēto

aũt nouo graui animaduerſione damnantur ſi admittantur.

# De ſymbolo et Oratione.

Capitulum xxiij.

Fidei ſymbolum et dñica oratio pro tota lege puulis
eccleſie ad celoꝝ regna ſufficit capeſſenda. Omnis
eñi latitudo ſcripturaꝝ in eadẽ oratiõe dñica et ſym
boli breuitate cõcludit. Uñ et ꝓpha Eſayas dicit Abbreuia
tionẽ audiui a dño deo exercituũ ſup vniuerſam terrã. Attẽ
dite ⁊ audite eloquiũ meũ. Sed hec abbreuiatio. aut illud in
telligitur quod dñs dicit oẽm legem et ꝓphetas in duobus
preceptis dilectionis dei et ꝓximi pendere. aut ꝓpter ipſam
orationem dominicam vel ſymboli breuitatem in quibus vt
predictum eſt oẽm ſcripturaꝝ coartari cernimus latitudinẽ.

# De baptiſmo et cõmunione.

Capitulum xxiiij.

Solam eccleſiam catholicã habere baptiſmũ ad ſalu
tem Zacharias propheta teſtatur. In die inquit illa
erit fons patens domus Dauid et habitantibus in
iheruſalem in ablutionẽ peccatoris et menſtruate. Domus
quippe Dauid et iheruſalẽ xp̄i eccleſia eſt. in qua manat fons
in ablutionẽ peccatoꝝ. Heretici aũt id ſolũ imaginaria oſtẽ
tatione faciũt. ideoqꝫ illis baptiſmus nõ ad remiſſionẽ pecca
toꝝ ſꝫ ad ſupplicij teſtimoniũ datur. Pro ſolo reatu origina
li luunt in inferno nuper nati infantuli penas ſi renouati per
lauacrũ non fuerint. Proinde qua cã nuper natus damnat
infans ſi non regenerat: qꝛ originis noxietate perimit. Cur
puuli peccato originali carẽtes p baptiſmũ et nec dum ꝓpriũ
habentes delictũ a beſtijs peniſqꝫ ceteris laniantur. Hec igit
cauſa eſt. Baptiſmum eñi a pena eterna nõ a preſentis vite
ſupplicio liberat. Q͞ ſi a pena pñti hoĩes liberarent p baptiſ
mũ ipm putarent baptiſmi premium. non illud eternũ. Ergo
ſoluto reatu peccati manet tñ quedã tp̄alis pena. vt illa vita
feruentius requiratur que erit a penis oĩbus aliena. Nullus
negat fideliũ etiã poſt baptiſmũ quo peccata delent quotidie
q̃ diu in iſto ſeculo ſumus ad deũ nos debere cõuerti. Quod

Quis ſine intermiſſione ſit quotidie agendum. non nunq̃ ta men feciſſe ſufficiet. Qui in maternis vteris ſtꝫ. ideo cum ma tre baptiſare non pñt. quia qui natus ad hucẽm adam non eſt. renaſci ẽm xp̄m non pōt. Neq̄ eñ dici regneratio in eo poterit. quē generatio non preceſſit. Qui intra eccleſiamnon ex dignitate eccleſie viuunt. ſꝫ fidem quā verbo tenent operi bus deſtruunt. de ipſis legitur: Multiplici ſtꝫ ſup numerum. vt ſubaudias in regno predeſtinatorū. Qui ſcelerate viuunt in eccleſia et cōmunicare non deſinunt. putantes ſe tali com munione mundari. diſcant nihil ad emundationem ſibi pro ficere. dicēte Propheta: Quid eſt q̄ dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? Nunquit carnes ſancte auferent a te malicias tuas? Et Apoſtolus: Probet inquit ſeipſum ho mo. et ſic de pane illo edat et de calice bibat.

## De ſeptem regulis. Ca. xxv

S Eptem eſſe inter cetera regulas locutionū ſanctaꝝ ſcripturaꝝ quidam ſapiētes dixerūt. Prima regula eſt de dño ⁊ eius corꝑe que de vno aut ad vnū loqui tur atq̄ in vna pſona. mō caput modo corpus oſtendit. ſicut Eſaias ait. Induit me veſtimēto ſalutari quaſi ſponſum de coratū corona. et quaſi ſponſam ornatā monilibus ſuis. In vna eñ pſona duplici vocabulo noīata. et caput. i. ſponſum. et eccleſiam. i. ſponſam manifeſtauit. Proinde notandum in ſcripturis. qñ ſpecialiter caput deſcribitur: qñ et caput et cor pus. aut qñ ex vtroq̄ tranſeat ad vtrūq̄. aut ab altero ad alte rū. ſicq̄ q̄d capiti q̄d corꝑi cōueniat prudēs lector intelligat Scđa regula eſt de dñi corꝑe vero et ꝑmixto. Nā videntur quedā vni cōuenire pſone. qđ tamē non eſt vnius. vt eſt illud. Puer meus es tu iſrael. ecce delevi vt nubē iniquitates tuas. et ſicut nebulam peccata tua. cōuertere ad me et redimā te. hoc ad vnū non cōgruit. Nam altera ꝑs eſt cui peccata dele uit cui dicit: puer meus es tu. et altera cui dicit: Conuertere ad me redimā te. Qui ſi cōuertantur eoꝝ peccata delentur. Per hanc eñ regulā ſic ad oēs loquitur ſcriptura. vt boni re darguant cum malis. et mali laudentur cū bonis. Sed q̄d ad quē ꝑtineat. qui prudenter legerit diſcet. Tercia regula eſt

de littera et ſpiritu.i.de lege et gratia.lege.p quā precepta fa
cienda admonemur.gratia p quā vt operemur iuuamur.vel q
lex nō tm̄ hiſtorice.ſ3 etiā ſpiritaliter ſentienda ſit.Namq3 et
hiſtorice oportet fidem tenere et ſpititaliter legē intelligere.
Quarta regula eſt de ſpē et genere.p quā ps pro toto.et totū
pro pte accipit.veluti ſi vni populo vel ciuitati loquatur de
us.et tn̄ intelligatur oēm cōtingere mundū.Nam licet aduer
ſus vnā ciuitatē Babolonīā p Eſayam pphetam dn̄s cōmi
netur.tn̄ dum cōtra eccleſiam loquit tranſit ad genus de ſpē.
et cōuertit cōtra totū mundū ſermonē.Certe ſi nō diceret ad
uerſus vniuerſum orbem.nō adheret infra generaliter:et diſ
perdam oēm terram.et viſitabo ſup orbis mala.et cetera que
ſequuntur ad internitionē mundi ptinentia.Vn̄ et adiecit:
Hoceſt cōſilium qd cogitaui ſup oēm terram.et hec eſt ma
nus eius extenſa ſup omnes gentes.Item poſt ſub perſona
babilonicarguit vniuerſum mundū.rurſus ad eandem quaſi
de genere ad ſpēm reuertit.dicens que eidem ciuitati ſpecia
liter cōtigerunt: Ecce ego ſuſcitabo ſup eos medos.Nam
regnante Balthazar.a medis eſt obtenta babilonia.Sic et
in onus egipti et pſona eiuſdem totum vult intelligere mun
dum.dicēdo:Et cōcurrere faciam egipcios aduerſus egipci
os,regnū aduerſus regnū.cum egiptus non multa regna.ſed
vnū habuiſſe deſcribitur regnum.Quinta regula eſt de tpi
bus.p quam aut ps maior tpis per ptem minorem aut ps
minor temporis per ptem maiorē inducit.ſicut eſt de triduo
dn̄ice ſepulture.dum nec tribus plenis diebus ac noctibus
iacuerit in ſepulcro.ſ3 tamē a pte totū triduū accipitur.Vel
ſicut illud q quadringentis annis predixerat deus filios iſra
hel in egipto ſeruituros.et ſic inde egreſſuros.qui tamen do
minātе Joſeph egipto dn̄ati ſt.nec ſtatim poſt quadringen
tos annos egreſſi ſt vt fuerat repromiſſum ſed quadringen
tis triginta pactis ab egipto receſſerūt.Eſt et illa de tpibus
figura p quā quedam que futura ſt quaſi iam geſta narrant.
vt eſt illud:Foderūt manus meas et pedes meos.dinumera
uerūt omnia oſſa mea.et diuiſerūt ſibi veſtimenta mea.et his
ſimilia.in quibus futura tanq3 ſi iam facta ſint ita dicuntur.

Sed cur que adhuc facienda erāt iam facta narrant? Quia que nobis adhuc futura ſunt. apud dei eternitatē iam facta ſunt. Qua ꝓpter qn̄ aliquid faciendū eſſe pronunciat ſm nos dicitur. qn̄ vero que futura ſunt iam facta dicuntur ſm dei eternitatē accipienda ſunt. apud quē iam omnia facta ſunt que futura ſunt. Sexta regula eſt de recapitulatione. Recapitulatio enī eſt dum ſcriptura redit ad illud cuius narratio iā tranſierat. ſicut cū filios filioꝝ. Noe ſcriptura cōmemoraſſet. dixit illos fuiſſe in linguis et gentibus ſuis. et tamen poſtea quaſi hoc etiam in hoc ordine temporꝝ requiritur: Et erat inquit oīs terra labium vnū. et vox vna omnibus erat. Quō ergo ſm ſuas gentes. et ſm ſuas linguas erant. ſi vna lingua erat oībus niſi quia ad illud qđ iam tranſierat recapitulando eſt reuerſa narratio. Septima regula eſt de dyabolo et eius corpore. qr ſepe dicunt ipſius capitis. que ſuo magis cōueniunt corpori. ſepe vero eius videntur dicta membroꝝ et nō niſi capiti cōgruunt. Ex noīe quippe corporis intelligit caput. vt ē illud in euangelio de zizanijs tritico admixtis. dicente dn̄o: Inimicus hō hoc fecit. hoīem ipm̄ dyabolū vocās. et ex noīe corpis caput deſignās. Item ex noīe capitis ſignificatur corpus. ſicut in euāgelio dicit: Duodecim vos elegi. ſ3 vnus ex vobis dyabolus eſt. iudam vtiq3 indicās. qr dyaboli corpus fuit. Apoſtata quippe angelus oīm caput eſt iniquorum. et huius capitis corpus ſunt oēs iniqui. ſicq3 cū membris ſuis vnitus eſt. vt ſepe qđ copori eius dicit ad eum pocius referatur. rurſum quod illi. ad membra iterum ipſius deriuetur.

## De martirio. Capi. xxvi

DEi ſeruus aduerſitate vlla non frangitur. ſed pro veritatis defenſione vltro ſe certamini offert nec vnq̄ ꝓ veritate diffidit. Sepe ex diſcipulis ad martiriū eliguntur. qui ſuos doctores ad coronam precedunt. et qui ſunt ordine poſtremi fiunt non nunq̄ in certamine primi. Uir ſanctus vltro ſe in agone ꝓ certamine debet offerre iuſticie. ſed tamen ſi agonis fructum videt vberrimū non debet declinare laboris periculum. Q ſi maior eſt labor q̄ animarū lu

crum.declinandus eſt labor.quē minimū comitatur augmen
tum.Utrum em̄ fecit Apoſtolus qui et periculis ſe vltro de
dit vbi maximū animaꝝ lucrum videt.et ſapienter ſe periculo
abſtulit in quo pociorē laborem q̄ꝫ lucrum eſſe proſpexit.Ul
tro ſe Paulus apud Epheſum periculis obtulit.qꝛ pocius
periculo lucrū vidit. Damaſci aūt ideo a periculo ſubtraxit
ſemetipm̄ qꝛ nullum periculi ipſius arbitratus eſt fructum.
Diſce qūo ſe ad martiriū offerat quiſqꝫ vltro. vel qūo iuxta
ſententiā dei cingatur ab altero.et quo nō vult ipſe ducat̄.ni
ſi qꝛ et ꝓpter gloriā futurā de certamie iuſtus gaudet.et ꝓpter
paſſionis violentiā refugit ſubire qđ dolet. Accipe exemplū
adeundi ſub trepidatiōe martirij.de vſu bellādi in quo exerci
tatus quiſqꝫ in p̄lio et ꝑ audaciā certamē aggredit̄.et ꝑ timo
rem cunctatōe mouet̄. Itē accipe exemplū martirij de repatio
ne humani corpis ad ſalutē. dum quiſqꝫ et de ſpe repationis
gaudet.et de inciſionibus ſeu amariſſimis poculis meret.

# De ſanctorum miraculis.

Capitulum xxvij.

ET ſi apoſtolis virtus data eſt ſignorum ꝓpter fidem
gentiū nutriendā.eccleſie tn̄ data eſt virtus operum
ꝓpter candem fidē ornandā. Et tn̄ in ipſis apoſtolis
plus erat mirabilis virtus operū q̄ꝫ virtus ſingnoꝝ. Ita et
nūc in eccleſia plus eſt bn̄ viuere q̄ꝫ ſigna facere. Q nūc eccle
ſia nō ea miracula faciat que ſub apoſtolis faciebat.ea cā eſt.
qꝛ tunc oportebat mundū miraculis credere.nūc vero iā cre
dentē oportet bonis opibus coruſcare. Nam ideo tūc ſigna
fiebant exterius.vt interius fides roborarent̄. Jam in fide mi
racula quicūqꝫ requirit.vanā gloriā vt laudet̄ querit. Scrip
tum eſt em̄: Lingue in ſignū ſūt nō fidelibus ſed infidelibus.
Ecce ſignū non ē fidelibus neceſſariū qui iā crediderūt.ſꝫ in
fidelibus vt cōuertant̄. Nā paulus ꝓ non credentiū infideli
tate prēm Publij de infirmitate febriū virtutibus curat. In
firmantē vero Thimotheū fidelem.nō oratione.ſꝫ medicina
liter temperat.vt noueris miracula ꝓ incredulis nō pro fide
libus fieri. Anteq̄ꝫ antixp̄us appareat.virtutes ab eccleſia et

ſigna ceſſabunt. quatenus eam quaſi abiectiorem pſequatur audacius. Ob hanc vtilitatē ceſſabunt ſub antixpo ab eccleſia miracula et virtutes. vt p hoc ſanctoꝝ clareat pacientia et reproboꝝ qui ſcandalizabuntur leuitas oſtendatur et pſequentium audacia fortior efficiatur.

## De anticriſto et eius ſignis. Capitulum xxviij.

Omnis qui ſm xpiane profeſſionis normā aut nō viuit. aut aliter docet. antixpus eſt. Pleriqꝫ aūt antixpi tpa non viſuri ſtꝫ. et tamen in membris antixpi inueniendi ſtꝫ. Añqꝫ veniat antixpus multa eius mēbra preceſſerunt. et praue actionis merito caput ꝓprium preuenerūt. ſm Apoſtoli ſententiā qui iam iniquitatis miſteriū opari illum affirmat etiā añqꝫ reueleł. Magnitudo ſignoꝝ fiet ſub antixpo vt electi ſi fieri pt in errorē mittentur. Sꝫ ſi electi: quō ſtꝫ in errorē mittendi? Ergo ibunt in errorē titubationis: ad modicū pro multitudine ꝓdigioꝝ. non tñ deiciendi ſtꝫ a ſtabilitate ſua terroꝝ impulſu atqꝫ ſignoꝝ. Unde et ideo ponił ſi fieri pt. quia electi perire non pñt. ſed cito reſipiſcentes cordis errorem religione coercebunt. ſcientes predictum a dño eſſe. vt dum hoc fecerint aduerſarij. non cōturbentur ſancti. Tam mira facturus eſt prodigia et ſigna dum venerit antixpus. vt etiā electis quoddam cordis gignatur ſcrupulum. qđ tamen cito exuperet in illis ratio per qꝫ ſcient in deceptionē reproboꝝ et electorum probationē eadem fieri ſigna. In quo tpe p pacientiā glorioſi erūt ſancti non p miracula. ſicut martires fuerūt priores. Illi em̄ pſecutores ſuſtinebunt. et facientes prodigia. Proinde et durius bellum ſuſtinebūt. quia non ſolū contra pſequentes. ſed etiam cōtra miraculis coruſcantes dimicaturi ſtꝫ. Grauius ſub antixpi temporibus contra eccleſiam deſeuiet ſynagoga qꝫ in ipſo aduentu ſaluatoris xpianos eſt pſecuta. Dum in martires dyabolus iam exercuerit crudelitatē magnam etiā ligatus. crudelior erit tamen antixpi tpibus. qñ etiam erit ſoluendus. Nam ſi tanta ligatus facere potuit: quāta ſolutus faciet? Quanto ꝓpinquius

finem mundi dyabolus videt. tanto crudelius ꝑſecutiones exercet.vt qꝛ ſe cōtinuo damnandū cōſpicit. ſocios ſibi multiplicet cum quibus gehenne ignibus addicatur. Quāto breue tempus videt ſibi reſtare dyabolus vt damnetur.tanto in magna ꝑſecutionis ira mouetur.diuina iuſticia permittente. vt glorificentur electi. ſordidentur iniqui.et vt dyabolo durioꝛ creſcat damnationis ſententia.

## De reſurrectione. Ca.xxix

INchoatio pacis ſanctoꝝ eſt in hac vita nō ꝑfectio: Tunc autē erit plenitudo pacis. dum ad dei cōtemplationem abſoꝛta carnis infirmitate conualuerint. Reſurrectio moꝛtuoꝝ vt Apoſtolus ait. in virum ꝑfectum in menſuram etatis plenitudinis xp̄i futura eſt.in etate ſcʒ iuuentutis que pꝛofectu non indiget. et abſqꝫ inclinatione defectus in ꝑfectione ex vtraqꝫ ꝑte et plena eſt et robuſta.Quāuis nunc filioꝝ dei nomine homines fideles vocentur.tamen ex eo ꝙ hāc ſeruitutem coꝛruptionis paciuntur. adhuc iugo ſeruitutis addicti ſunt. accepturi plenam dei filioꝝ libertatem. dum coꝛruptibile hoc induerit incoꝛruptionem. Nunc deus per ſpeculum agnoſcitur.in futuro autem quiſqꝫ electus facie ad faciem pꝛeſentabitur. vt ipſam ſpeciem cōtempletur quā nunc per ſpeculum videre conatur. In hac vita electoꝛum numero ad dexteram pertinentiū.et repꝛoboꝝ qui ad ſiniſtram ituri ſunt:eccleſiam dei compleri.in fine autem ſeculi zizania a frumento diſiungi.

## De iudicio. Capitulū xxx

IUdicij diem nouit xp̄us.ſʒ in euāgelio dicere et ſcire diſcipulos voluit. Nā dum dicat idem dn̄s ꝑ ꝓphetam.Dies vltionis in coꝛde meo.indicat ſe nō neſcire ſʒ nolle indicare. De domo dn̄i.ſicut ſcriptū eſt incipit iudiciū.qn̄ electi.i.domus dei hic ꝑflagella iudicanť.impij vero illic ad damnationē iudicādi ſtꝫ.Vn̄ et ſequitur.Si aūt pꝛimū a nobis:quis finis eoꝝ qui nō crediderunt?Ad diſtricti examen iudicis nec iuſticia iuſti ſecura ē niſi pietate diuina.

vt et ipſa iuſticia qua quiſq3 iuſtus eſt deo iuſtificāte iuſtificet. Alioqui apud deū ꝛ ipſa peccatū ē. Inde ē qđ ait iob: Innocentē et impiū ipſe cōſumet. Cōſumit quippe a deo innoxius. qm̄ ipſa innocētia liquidius requiſita et diuine innocentie cōparata nihil efficitur niſi et ibi miſericordie pietate hō iuſtificet. Cōſumitur itē a deo impius. qm̄ examinis diuini ſubtilitate requirit. eiuſq3 detecta impietas iudicata damnatur. Cōſumit innoxius et impius ſimul fine carnis. nō pena damnationis. Doctus pariter et indoctus moriuntur. ſ3 morte carnis. nō pena damnationis. Omnia aūt pgunt ad vnū locū. dum morte corpali in terrā et iuſtus et impius reuertuntur. Retributio aūt diſſimilis ſecuti p eundem Salomonem dr. Quid plus h3 ſapiēs a ſtulto. niſi qr illuc pergit vbi vita eſt? Ergo oēs in terrā pariter redeunt. Nā vbi vita eſt non pariter pergunt. Gemina punitur ſententia impius. dum aut hic p ſuis meritis mentis cecitate pcutitur ne veritatem videat. aut dum in fine damnabit vt debitas penas exoluat. Geminū eſt diuinū iudiciū. vnū quo et hoc iudicant hoīes et in futuro. alterū quo pterea hic iudicant ne illic damnent. Ideoq3 quibuſdā ad purgationē tpalis pfecit pena. quibuſdā vo hic incboat damnatio et illic pfecta ſperatur pditio. In iudicio reprobi humanitatē xpi in qua iudicatus eſt videbūt vt doleant. diuinitatē vero eius nō videbūt ne gaudeant. Quibus em̄ diuinitas oſtenditur. vtiq3 ad gaudiū demonſtratur. Pro diuerſitate cōſciarū et mitis apparebit in iudicio xpus electis. et terribilis reprobis. Nam qualē quiſq3 cōſcientiam tulerit. talē et iudicē habebit. vt manente in ſua tranquillitate xpo. illis ſolis terribilis appareat quos conſcientia in malis accuſat. Due ſt differētie vel ordines hoim in iudicio hoc eſt electorū et reproborū. qui tn̄ diuidunt in quatuor. Perfectorū ordo vnus eſt qui cū dn̄o iudicat. et alius qui iudicat. vtriq3 tamē cum xpo regnabunt. Similiter ordo reproborū ptitur in duobus. dum iniqui intra eccleſiam ſt mali iudicandi ſt et damnandi. qui vero extra eccleſiam inueniendi ſt. non ſt iudicandi. ſ3 tm̄ damnandi. Primus igit ordo eorū qui iudicātur et pereunt. opponitur illi ordini bonorū de quo ſt qui iu

dicantur et regnant. Secundus ordo eorum qui non iudicantur et pereunt. opponitur illi ordini perfectorum in quo ſunt hi qui non iudicantur et regnant. Tercius ordo eorum qui iudicantur et regnant. illi ordini e contrarius de quo ſunt qui iudicantur et pereunt. Quartus ordo eorum qui non iudicantur et regnant: opponitur illi contrario ordini in quo illi ſunt qui non iudicantur et pereunt.

De gebenna. Capitulum xxxi.

D Uplex damnatorum pena eſt in gehenna. quorum et mentem vrit triſticia. et corpus flamma. iuſta viciſſitudine. vt qui mente tractauerunt quod perficerent corpore. ſimul et animo puniantur et corpore. Ignem gehenne ad aliquid lumen habere et ad aliquid non habere. hoc eſt habere lumen ad damnationem vt videant impij vnde doleant. et non habere ad conſolationem ne videant vnde gaudiant. Apta ſit comparatio de camino trium puerorum ad exemplum ignis gehenne. Nam ſicut ille ignis non arſit ad trium puerorum ſupplicium et arſit ad comburenda ligamina vinculorum. ita ignis gehenne et lucebit miſeris ad augmentum penarum. vt videant vnde doleant. et non lucebit ad conſolationem. ne videant vnde gaudeant. Inter huius vite et future infelicitatis miſeriam multa diſcretio eſt. Illic enim et miſeria eſt propter cruciationem dolorum. et tenebre propter lucis auerſionem: quorum vnum in hac vita. id eſt miſeria eſt. aliud non eſt. in inferno autem vtrumque eſt.

## De penis impiorum. Ca. xxxij

S Icut faſticuli lignorum ad combuſtionem de ſimilibus colligantur. ita in iudicio dei ſimilis culpe rei ſuis ſimilibus iungentur. vt ex equo pena conſtringat quaſi in faſticulum. quos actio ſimiles fecit in malum. Sicut vnuſquiſque ſanctus in futuro iudicio pro quantitate virtutum glorificabitur. ita vnuſquiſque impius pro quantitate facinorum condemnabitur. nec deerit in ſupplicio futuro damnationis ordo. ſed iuxta qualitatem criminum diſcretio erit penarum. propheta firmante: De carorum quoque ſuorum ſupplicijs additur etiam pena defunctis. ſicut apud inferos diuitis ſermo predicat euangelicus. ſicut pro augendo inde ſupplicio dicit etiam pſalmus: Commotione moueantur filij eius et mendicent. Impij ex hoc durius in iudicio

puniendi ſunt mentis dolore.ex quo viſuri ſūt iuſtos.glorie beatitudinē meruiſſe. Cunctis videntibus eſt precipitandus dyabolus.qn̄ ſub aſpectu oīm bonoꝝ angeloꝝ et hoīm cum eis qui de pte eius erunt in ignē eternū mittendus eſt. Dum ſublatus fuerit diabolus vt damnetur.multi electi qui in corpore ſūt inueniendi dn̄o ad iudiciū veniente metu cōcutiendi ſūt.videntes tali ſententia impiū eſſe punitū.quo terrore purgandi ſūt.quia ſi quid eis ex corpe adhuc peccati remanſerit.metu ipſo quo diabolum damnari cōſpiciunt purgabuntur. Hinc eſt qd̄ ait Iob: Cum ſublatus fuerit timebunt angeli et territi purgabuntur. Multos poſſe perire ex eis in die iudicij.qui nūc electi eſſe videntur et ſancti.dicente ꝓpheta. Uocabit dn̄s iudiciū ad ignē et deuorabit abiſſum multam et comedet ptem domus. Pars quippe domus deuorabitur.qꝛ illos etiā infernus abſorbebit qui nunc ſe in preceptis celeſtibus gloriantur.de quibus dn̄s dicit. Multi dicent mihi in illa die. Domine domine nōne in nomine tuo ꝓphetauimus. et in nomine tuo demonia eiecimus.et virtutes multas fecimus: Tunc cōfitebor illis.quia nunq̄ noui vos. Diſcedite a me qui operamini iniquitatem.neſcio qui eſtis.

## De gloria ſcōꝝ. Ca.xxxiij

NOn faciet in futurū cor miſerum iuſtoꝝ ex cōpaſſione damnatoꝝ cōdolendi affectio.vbi tantū erit ſcōꝝ de dei cōtemplatōe gaudiū.vt triſtice nullus tribuat introitus. Sicut cōparatus color candidus nigro colori fit pulchrior.ita et ſcōꝝ requies cōparata damnationi maloꝝ glorioſior erit. Sic iuſticia in iuſticie.ſic virtus vicio. Creſcit ergo ſcōꝝ gloria.dum debita damnantur impij pena: Poſt reſurrectionē ſanctis in carne promiſſa eſt celoꝝ aſcenſio.dicente ad patrem xp̄o: Uolo vt vbi ſum ego.et ipſi ſint mecū. Si eni membra capitis ſumus.et vnus in ſe et in nobis eſt xp̄us vtiq̄ vbi ipſe aſcendit.et nos aſcenſuri ſumus.

## Finit liber primus Sancti Iſidori hyſpalenſis epiſcopi. De ſummo bono.

¶ Incipit ſecundus liber de ſummo bono eiuſdem.

# De ſapientia. Capitulū pri-

O
Mnis qui ſcdm deum ſapiens eſt: beatus
eſt Beata vita cognitio diuinitatis ē. Cog
nitio diuinitatis virtus boni opis eſt. Vir
tus boni opis fructus eternitatis eſt. Nul
lus aūt magis ſapiēs ꝙ̄ quē docuerit deus.
Excelſior eſt rebus oībus ſapientia. nec eſſe
poteſt vlla iuſticia ſine prudentia. Qui ſcdm ſeculū ſapiens eſt.
ſcdm deū ſtultus eſt. Vn̄ et ꝓpheta: Stultus inquit factus
eſt omnis hō a ſcientia ſua. Primū eſt ſcientia ſtudiū quere
re deū. deinde honeſtatē vite cum innocentie ope. Nullus ſa
pientiā dei plene recipit. niſi qui ſe ab oī abſtrahere actionū
cura cōtendit. Vn̄ et ſcriptū eſt. Sapientiā ſcribe in tp̄e ocij:
et qui minoratur actu ipſe ꝑcipiet eam. Nō ad ꝑue intelligen
tie arcem peruenit. qui ſcit ſecreta dei ſe penetrare non poſſe.
Tunc aūt deū recte cognoſcimus: qn̄ eum ꝑfecte ſcire nō de
negamus. Interdum quedā neſcire cōuenit. Nullus aūt in
culpa maior eſt. ꝙ̄ ille qui deū neſcit. Inueſtigationē veri mul
toꝝ eſt querere. ſed paucoꝝ eſt inuenire. Ea autē que ſupra
hoīs intelligentiam ſunt: ſcrutanda non ſtꝫ. Quicquid ſupra
hoīs intellectū eſt. querendum non eſt. Conſilio aūt diuino
ſeruandum eſt. vt hoc credatur eſſe iuſticia. quod diuine pla
cuerit voluntati. Non enī poterit eſſe iniuſtum: qđ iuſto cō
placet iudici. Omnis ſapientia ex ſcīa et opinatione cōſiſtit.
melior eſt aūt ex ſcīa veniens ꝙ̄ ex opinatione ſententia. Nā
illa vera eſt. iſta dubia. Ad maioris culpe cumulū ꝑtinet ſcire
quemq̄ quod ſequi debeat et ſequi nolle qđ ſciat. Unde et
dn̄s: ſeruus inquit ſciens voluntatē dn̄i ſui et non faciens.
digne plagis vapulabit multis. Et iacobus. Scienti inquit
bonū et nō facienti peccatum eſt. Simplicitatem cū ignauia
vocari ſtulticiam. ſimplicitatē vero cum prudentia vocari ſa
pientiam. Utile eſt multa ſcire et recte viuere. Q᷑ ſi vtrumq̄
non valemus. melius eſt vt bn̄ viuendi ſtudiū ꝙ̄ multa ſcien
di ſequamur. Non ꝑtinere ad beatitudinē cōſequendā ſcien
tiam rerū. nec eſſe beatum multa ſcire. ſed eſſe magnū beate

viuere. Nihil prodeſſe hominē ſcire prudentiā cum ignorantia dei. et nihil obeſſe ſcientibus deū. ignorantiā mūdi. Perfecte aūt ſcit qui prius deū et iſta non pro ſe ſed pro deo ſcit. Nihil obeſſe cuiq̃ ſi ꝑ ſimplicitatem aliqua de elementis indigne ſentiat. dummō de deo. vera pronunciet. Nam q̃uis de incorporeis corporiſq; naturis nequeat quiſq; diſputare. beatum tamen illum facit vita recta cum fide.

## De fide. Capitulum ij.

NOn poſſe ad veram beatitudinem ꝑuenire niſi per fidem. Beatū aūt eſſe qui et recte credendo bn̄ viuit et bn̄ viuēdo fidem rectā cuſtodit. Deus ſi creditur. merito inuocatur et querit. ac ꝑ hoc tunc ꝑfecte laudatur. qū inuocat et creditur. Non tm̄ id credendū eſt qđ ſenſu carnis dinoſcimus. ſ3 magis etiā qđ intellectu mentis cōſpicimus id eſt deū. Sine fine nemo p̄t placere deo. Omne em̄ qđ nō eſt ex fide. peccatū eſt. Fides nequaq̃ vi extorquet. ſ3 ratione atq; exemplis ſuadet. A quibus aūt exigit violenter. pſeuerare in eis non p̄t. exemplo vt ait quidā nouelle arboris: cuius ſi q̇s cacumen violenter impreſſerit et demū dum laxatur in id qđ fuerat confeſtim reuertit. Sicut hō libero arbitrio cōditus ſua ſpōte diuertit a deo. ita et ꝓpria mentis cōuerſione credendo recurrit ad deū. vt libertas agnoſcatur arbitrij per ꝓpriam voluntatē ꝛ beneficiū gratie ꝑ acceptā fidei veritatē. In corde reſpicit deus fidem. vbi ſe non pn̄t hoīes excuſare: qui ore ſimulant veritatis ꝓfeſſionē et corde retentāt erroris impietatē. Sicut nihil proficit fides que ore retinet et corde non credit. ita nihil profutura eſt fides que corde tenet ſi ore non profiteat. De tali em̄ fide ꝓpheta ita quoſdam obiurgat dicens. Perijt fides. ablata eſt de ore eoꝝ. Fides em̄ que corde creditur. cōfeſſione oris ad ſalutē ꝓfertur. Uacuā eſſe ſine opibus fidem. et fruſtra ſibi de ſola fide blanditur qui bonis opibus nō ornatur. Qui crucē portat. debet et mundo mori. Nā ferre crucē et mori. mortificare ſe ipm eſt. ferre et nō mori. ſimulatio ypocritaꝝ eſt. Qui ꝑ fidem cognitionē dei hn̄t et opibus obſcurant. exemplū Balaā ſequuntur qui cadens ope aptos oculos habuit ꝑ cōtemplationis fidē. Carnales.

fidem non ꝑ virtute animi. ſꝫ pro cõmodo querere tpali. Vñ et dñs dicit: Queritis me non qꝛ vidiſtis ſigna. ſꝫ qꝛ manducaſtis de panibus meis. Xpianus malus dum ſm Euãgelij doctrinã non viuit. etiã ipſam fidem quã verbo colit oborta tentatione facile perdit. Multi fide tm̃ xpiani ſunt. ope vero a xpiana doctrina diſſentiunt. Multi quoqꝫ fidem xpi et corde nõ amant. ſꝫ humano terrore candem ꝑ ypocriſim tenere ſe ſimulant. Et qui eſſe non pñt apte mali. per terrorem ficte boni noſcuntur. Amatores mundi pugnant aliqñ pro fide et alijs quidem proficiunt. ipſi vero amore terreno implicati celeſtia non requirunt. ſed vbo tm̃ fidẽ defendunt. Quidam pro fide etiam hereticos inſequuntur. ſed per arrogantiã eos qui intra eccleſiam ſtꝫ cõtemnunt. Aduerſarios quidẽ fidei cõfutant pro infidelitate. ſed fideles premunt faſce ſupbie.

## De charitate. Capitulũ iij

Quamuis nõnulli fide atqꝫ opibus ſanctis eẽ videantur pticipes. tamẽ qꝛ priuantur a caritate fraterne dilectionis. nullũ hñt incrementũ virtutis. Nam ſicut ait Apoſtolus: Si tradidero corpus meũ ita vt ardeam. caritatẽ aũt non habuero. nihil mihi prodeſt. Sine amore caritatis q̃uis quiſqꝫ recte credat. ad beatitudinẽ puenire non põt. qꝛ tanta eſt caritatis virtus. vt etiam ꝓphetia et martiriũ ſine illa nihil eſſe credant. Nullum premiũ caritate penſatur. Charitas em̃ virtutum oĩm obtinet principatum. Vñ et vinculum pfectionis caritas ab Apoſtolo dicitur. eo ꝙ vniuerſe virtutes eius vinculo religent. Dilectio dei morti cõparatur. dicente Salomone: Valida eſt vt mors dilectio. idcirco qꝛ ſicut mors violenter ſeparat animã a corpore. ita et dilectio dei violenter ſegregat hominẽ a mundano et carnali amore. Qui dei precepta cõtemnit. deũ non diligit. Neqꝫ em̃ regem diligimus. ſi odio leges eius habemus. Tenenda eſt cũ ſanctis viris vnitas caritatis. et quãto ſe quiſqꝫ ſubtrahit mũdo. tanto opus eſt. vt ſe aſſociet bonoꝝ cõſortio. Charitas in dilectione dei et proximi conſtat. ſeruat autẽ in ſe dilectionem dei qui a caritate non diuidit proximi. Qui a fraterna ſocietate ſecernitur a diuine caritatis pticipatione priuatur. Nec

poterit deũ diligere.qui noſcitur.in ꝓximi dilectione errare. Xp̄us deus eſt et hō.Totũ ergo xp̄m non diligit qui hoiem odit.Bonoꝝ diſcretio eſt nō odire pſonas.ſ ʒ culpas.et recta dicta pro falſis nō ſpernere.ſʒ ꝓbare.Qui impfecti in dei ſtʒ amore.ſepe ſe a vicijs ſeparare diſponunt.ſed pondere vicioꝝ grauati.rurſus ad ea vicia que optant relinquere reuoluuntur.

## De ſpe. Capitulum iiij.

Qui male agere nō deſiſtunt.vana ſpe indulgentiã de dei pietate requirũt.Quã recte quererēt.ſi ab actione praua ceſſarēt.Metuendũ valde eſt vt neqꝫ ꝑ ſpē venie quã ꝓmittit deus.pſeueranter peccemus.neqꝫ qꝛ iuſte peccata diſtringit veniã deſperemus.ſʒ vtroqꝫ periculo euitato et a malo declinemus et de pietate dei veniã ſperemus.Oīs quippe iuſtus ſpe et formidine nitet.qꝛ nunc illum ad gaudiũ ſpes erigit:nunc ad formidinem terror gehenne adducit.

## De gratia. Capitulum v.

Interdum peccantibus nobis deus dona ſua nō retrahit.vt ad ſpē diuine ꝓpiciationis mens humana cōſurgat.Nam non p̄t cōuerſum ſpernere.qui peccantem ſuis beneficijs prouocat ad ſe redire.Cōfeſſionem hoīs nō eſſe humane virtutis.Nam ſi cōfeſſionem boni opis non in nobis deus opatur.cur per Prophetã dicitur:cōfeſſio et magnificētia opus eius?Ab illo em̄ nobis oīa bona gratia preueniente donantur.Nam nihil boni opis dedimus.ꝑ qđ confeſſionem fidei accipere meremur.Profectus hoīs donũ dei eſt.Nec a ſe p̄t quiſqꝫ ſed a dn̄o corrigi. Non em̄ quitqꝫ boni habet ꝓpriũ homo:cuius via nō eſt eius. teſtante Propheta:Scio dn̄e quia nō eſt hoīs via eius.nec viri eſt vt ambulet et dirigat greſſus ſuos.Sciant liberi arbitrij defenſores nihil poſſe hoīes in bonũ ſua preualere virtute. niſi diuine gratie ſuſtenten tur iuuamine. Unde et ꝑ Prophetã dn̄s dicit.Perditio tua iſrahel.tm̄ in me auxilium tuũ.quaſi diceret.vt pereas tuo merito.vt ſalueris meo auxilio. Hominis meritũ ſupna gratia.nō vt veniat inuenit.ſed poſtqꝫ venerit facit:atqꝫ ad indignam mentem veniens facit in ea meritum

quod remuneret.que ſolum inuenerat qđ puniret.Quid enī
ex ſe ille latro meruit qui de faucibus inferni crucem aſcendit
de cruce paradiſum abijt.Reus quidē ille et fraterno ſangui
ne venit cruentus.ſ3 diuina grā in cruce mutatus.Sciendū
ꝙ et noſtra ſit iuſticia in his que recte agimus.et dei grā eo ꝙ
eam mereamur.Hec enī et dantis dei et accipientis eſt hoīs.
ſicut et panem noſtrum dicimus:quē tamen a deo accipere
poſtulamus.Spiritalis grā non oībus diſtribuit̄.ſed tantū
mō electis donatur.Non enī oīm eſt fides quā quidem et ſi
plurimi ſuſcipiunt.opus tñ fidei non conſequuntur.In diui
ſione donoꝝ diuerſi ꝑcipiunt diuerſa dei munera nō tñ cōce
duntur vni oīa vt ſit ꝓ humilitatis ſtudio ꝙ alter adiuuet̄
in altero.Nam qđ in Ezechiele animaliū ale altera ad alte
ram percutiuntur.virtutes deſignantur ſanctoꝝ.mutuo ſeſe
affectu prouocantiū.atq3 alterno exemplo inuicē ſeſe erudien
tium.Munera gratiaꝝ.alia iſti.alia vero donantur illi.Nec
dantur ita habere vni vt non egeat alterius.Poſſe fieri nō
eſt dubiū vt hi quos quidam virtutū excellentia antecedunt.
dei repentina preuenti gratia.quoſdam cōpendio ſanctitatis
preueniant.et dum ſint cōuerſione poſtremi.ſubito efficiun
tur virtut3 culmine primi.Dum quiſq3 aliquod donū accipit.
non appetat amplius ꝙ̄ quod meruit.ne dum alterius mem
bri officiū arripere tentat.id quod meruit perdat.Cōturbat
enī corporis ordinē totum qui nō ſuo cōtentus officio ſubri
pit alienū.Mali dona ideo ad damnationē accipiunt.q2 il
lis nō ad dei laudem ſ3 ad ſuā vanitatē vtuntur.Bonis ma
le vtuntur qui ea que a deo illis donata ſunt.in malos vſus
aſſumūt.ſicut ingeniū.ſicut et cetera dei dona.Multis dei
donis gaudemus que nos ab eo ꝑcepiſſe cognoſcimus.Nā
quod ſapientes ſumus.ꝙ diuites.ꝙ potentes exiſtimus.non
alterius ſ3 pocius diuino numere ſumus.Utamur ergo opti
me diuinis beneficijs.quatenus et deū non peniteat dediſſe
nobis accepiſſe ſit vtile.Sicut auferre deus dicitur homini
donū aliquod qđ homo nō habuit.id eſt quod accipere non
meruit.ſic et obdurare dicit̄ deus hoīem non eius faciendo
duriciam.ſed nō auferendo eam quā ſibi ipſi nutriuit.Non

aliter et obcecare dicit̃ quoſdam deus non vt in eis eandem ipſe cecitatē faciat, ſed ꝙ pro eoꝝ inutilibus meritis cecitatē eoꝝ ab eis ipſe nō auferat. Pleriſq; dei dono dantur. pſeuerantia vero doni nō datur. Et inde eſt ꝙ quidam principia hn̄t cōuerſionis bona. fine vero malo clauduntur. Electi vero et cōuerſionis dona accipiunt et pſeuerantiam doni. Ea ergo cauſa eſt ꝙ quidam et bene incipiunt et bene finiunt.

## De predeſtinatione. Ca. vi

Gemina eſt predeſtinatio. ſiue electoꝝ ad requiem. ſiue reproboꝝ ad mortem. Utraq; agitur diuino iudicio vt ſp electos ſupna et interiora ſequi faciat ſemp ꝗ reprobos vt infima et exteriora delectent̃ deſerendo pmittat. Sicut ignorat hō terminū lucis et tenebraꝝ vel vtriuſq; rei q̄s finis ſit. ita plenius neſcit q̄s ante ſuū finē luce iuſticie preueniatur. vel quis peccatoꝝ tenebris vſq; in ſuū terminū obſcuret̃. aut q̄s poſt lapſum tenebraꝝ cōuerſus reſurgat ad lucē. Cuncta hec deo patēt. hoībus vero latent. ꝗuis iuſtoꝝ cōuerſatio in hac vita ꝓbabilis ſit. incertum tn̄ hoībus eſſe ad ꝗ ſint finē predeſtinati. ſed oīa reſeruari futuro examini. Mira diſpoſitio eſt ſuperne diſtributionis. per ꝗ hic iuſtus amplius iuſtificat̃. impius amplius ſordidatur. Malus ad bonū aliquādo cōuertitur. et bonus ad malum aliquādo reflectitur. Uult quis eſſe bonus et nō valet. vult alter eſſe malus et non pmittitur interire. Datur ei ꝙ ſit malus qui vult eſſe bonus. alius nec vult nec datur ei vt ſit bonus. Iſte naſcitur in errore et moritur. ille in bono quo cepit vſq; ad finem perdurat. Tamdiu in bono iſte ſtat quouſq; cadat. ille male diu viuēdo in fine ſaluat̃ reſpectuſq; cōuertit̃. Uult prodeſſe in bono iuſtus. nec preualet. vult nocere malus et preualet. Iſte vult deo vacare. ſ; ſeculo impeditur. ille negocijs implicari cupit nec perficit. Dominatur malus bono bonus damnatur pro impio. impius honoratur ꝓ iuſto. Et in hac tāta obſcuritate non valet homo diuinam ſcrutari diſpoſitionem et occultum predeſtinationis perpendere ordinem.

De conuerſis. Capitulum vij.

NOn inchoantibus premium ꝓmittitur. ſꝫ pſeueran
tibus. Scriptū eſt em̄. Qui pſeuerauerit vſqꝫ in finē
hic ſaluus erit. Tunc em̄ placet deo noſtra cōuerſio
qn̄ bonum qd̄ inchoamus pſeueranti fine cōplemus. Nam ſi
cut ſcriptū eſt. Ve his qui ſuſtinentiam pdiderūt. id eſt opus
bonū non cōſumauerūt. Indulgentia peccatoꝝ ſciendū. vbi
qn̄ vel qualibus datur. Ubi quippe niſi intra eccleſiā catholi
cam? Quādo niſi ante venturi exitus diem? Quia ecce nunc
tempus acceptabile. ecce nunc dies ſalutis. Qualibus. niſi cō
uerſis. qui p humilitatē ad puuloꝝ tranſeunt imitationē de
q̄bus dicit̄. Talium em̄ eſt regnū celoꝝ. Nemo ppendere pt̄
quāti ſit ponderis iniuſticia vel quāti fulgoris radio iuſticia
clareat. niſi q̄ prius toto mentis niſu cōuertatur ad deū. qua
tenus ipſo lumine quo illuſtratur. et ſuā felicitatē agnoſcat. et
lumē qd̄ ceco corde nō intuebat̄ intelligat. Tunc aūt inattin
gibilē intelligi poſſe iuſticiam. dum eam quiſqꝫ ſequi cōuerſus
tentauerit. qꝛ lux nō intelligit̄ niſi cū videtur. Judiciū qd̄ in
hoīs ptāte conſiſtit cōuerſionis eſt grā per quā noſmetipſos
iudicamus qn̄ flentes mala nrā punimus. et bono qd̄ ex deo
nobis eſt ſolidius inheremus. Tripartitus deſcribit̄ eſſe vni
uſcuiuſqꝫ cōuerſi profectus. id eſt primus corrigendi a malo.
ſecundus faciēdi bonū. tercius cōſequēdi boni opis premiū.
Nam quod ait ꝓpheta. Solue faciſculos deprimentes. mali
eſt emendatio. qd̄ vero adiecit: Frange eſurienti panem tuū.
opis boni eſt actio. In eo vero qd̄ ſubiungit: tūc erumpet q̄ſi
mane lumen tuū. opis boni eſt retributio. Ergo non ꝓficit fa
cere bonū niſi correctū fuerit malū. Nec poterit quiſqꝫ ad cō
templationē dei ꝓficere. niſi ſe prius in bonis ſtuduerit acti
bus exercere. Multis modis terret deus hoīes. vt vel ſero
cōuertantur. atqꝫ exinde magis erubeſcāt qꝫ tamdiu expectati
ſūt vt redirent. Nā nunc minis. nunc plagis. nūc reuelationi
bus quoſdam cōcutit. vt qui voluntate cōuerti deſpiciunt. cō
moti terroribus corrigant̄. Pleriqꝫ ex ſola mentis deuotione
cōuertuntur ad deū. nōnulli vo coacti plagis cōuertuntur q̄
ex deuotione non cōuertebantur. Juxta capitulum pſalmi di
centis. In freno et chamo maxillas eoꝝ conſtringe qui non

approximāt ad te. Plerique aūt dum deuotione non cōuertuntur plage ſtimulis feruntur. qui tñ nec ſub verbere ſentiunt vt aliquatenus corrigantur. ſicut egiptus cui et penas dedit et emēdare nequiuit. De talibus eñ ait: Propheta. Percuſſiſti eos et nō doluerunt. attriuiſti eos et renuerunt ſuſcipere diſciplinam. Non nulli viri ſeculares elatione mentis tumentes poſtmodū cōuerſi ad deū religioſa ſequunt̄ obedientia xp̄m. et qui antea celſitudine mundiali tumebāt. poſtea ipſam elationē in ſtudio humilitatis cōmutant. Quidam ſunt qui iam ſecrete cōuerſi ſunt. quorum cōuerſio quia non procedit ad publicū. apud exiſtimationē humanā quales fuerunt tales adhuc eſſe putantur. iam tñ in dei oculis ſurrexerūt. Item quidā adhuc humano iudicio ſtare cernuntur. iam tñ in oculis dei ceciderūt. Multi apud hoīes reprobi ſunt. et apud deū electi. atque item multi apud hoīes electi putantur. et apud deū reprobi exiſtunt. Salomone dicente: Vidi inquit impios ſepultos qui cum adhuc viuerent in loco ſancto erant. et laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum operum. Nullus ergo ſe putet electum ne forte iam apud deum ſit reprobus.

## De primordijs cōuerſorum

Capitulum viij.

PRimodum genus eſt cōuerſionis ad deū. Incohoantium cum dulcedine. medietatis cū labore. pfectionis cum requie. Sed tamē plerumque alij incipiunt a dulcedine. alij a tentationū amaritudine. Omnis cōuerſus ante ex fletu incohoet peccatorum. et ſic tranſeat ad deſideriū ſupernorum. Prius eñ lacrimis purganda ſunt vicia que geſſimus: et tunc mundata mentis acie id qd̄ querimus mentis gaudio cōtemplemnr vt dū antea flendo peccati a nobis caligo detergit̄. mundatis cordis oculis libere ſupna inſpiciant̄. Vñ neceſſe eſt timore cōuerti ad deū. vt metu futurarum penarum carnales illecebre deuincantur. Deinde oportet abiecto timore ad amorem vite eterne tranſire. Perfecta eñ caritas foras mittit timorē. qui aūt timet penā habet et nō eſt pfectus. Vñ et Apoſtolus: nō eñ inquit accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterum in timore.

ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis.p quē ſcʒ iam non pecca ti pena ſeruos comprimit.ſed amor iuſticie liberos reddit. Neceſſe eſt omni cōuerſo vt poſt timorem cōſurgere ad cari tatem dei debeat quaſi filius ne ſemp ſub timore iaceat qua ſi ſeruus. Tunc em̄ amorē noſtre cōuerſionis oſtendimus. ſi denuo vt patrem diligimus quem prius ſeruili mente vere vt dominū formidabamus. Primordia conuerſoꝝ blandis refouenda ſunt modis.ne ſi ab aſperitate incipiant. exterriti ad priores lapſus recurrant. Qui em̄ conuerſum ſine leuita te erudit. exaſperare pocius q̄ȝ corrigere nouit. Conuerſus quiſqȝ antea ab ope corrigendus eſt.poſtea vero a cogitatio ne.vt prius refrenet prauum actum.deinde appetitum ac de lictum.vt quod iam in opere non apparet.in cogitatione ne quaq̄ȝ perduret. Omnis noua conuerſio adhuc priſtine vite habet cōmixtionem ꝓpterea nequaq̄ȝ ea virtus procedere ad hominū oculos debet.donec conuerſatio vetus funditus ab animo extirpetur. Quiſquis ex deteriore iā melior eſſe cepit. caueat de acceptis extolli virtutibus.ne grauius per vanam gloriam corruat q̄ȝ prius cum p lapſum vicioꝝ iacebat.

## De cōflictu cōuerſorum.

Capitulum ix.

Quiſqȝ cōuerſus ſi mox omnes carnis ſtimulos cal care cupiat. et ſumma virtutū ſubire cōtendat.ſi ad huc forte aliqua aduerſa de carnis moleſtijs tolerat. non frangatur. qꝛ diſpenſator bonoꝝ nouit aduerſitates re primere vicioꝝ ſucceſſione virtutum. Tunc magis grauari ſe quiſqȝ impulſu viciorum agnoſcit dum ad cognitionē dei acceſſerit.ſicut populus iſrahel grauiori onere ab egptijs pre mitur.dum p Moyſen diuina illi cognitio aperitur. Vicia em̄ ante cōuerſionem quaſi pacem in hoīe hn̄t.quādo aūt ex pelluntꝰ.acriori virtute cōſurgunt. Fiunt aūt inimica cōuerſo que peccatori ꝓſpere blandiebantꝰ atqȝ irē fiunt blāda cōuer ſo que peccatori aduerſa extiterūt. Multos hʒ cōflictus dei ſeruus ex recordatōe operū preteritoꝝ.multiqȝ poſt cōuerſio nem etiā nolentes motū libidinis ſuſtinēt. Quod tn̄ ad dam

nationem nõ tolerant ſʒ ad probationē. ſcʒ vt ſp̄ habeant ꝑ
excutienda inercia hoſtē cui reſiſtāt dummō non cōſentiant.
Uñ et nouerint ſerui dei ſe etiā a peccatis iā eſſe mundatos.
ſed tñ cogitationū turpium adhuc interpellatiōe pulſari. Añ
cōuerſionē precedit turba peccatoꝝ. poſt cōuerſionē ſequitur
turba tentationū. Jlla ſe obiciunt ne ad deū cōuertamur. iſta
ſe ingerūt ne liberius cordis oculis deū cernamus. Utriuſqʒ
tumultus inſolentiā nobis gignit. intentionemqʒ noſtrā ſepe
fraude multimoda intercludit. Utile eſt dei ſeruo poſt cōuer
ſionem tentari. quatenus a tp̄e negligentie ſollicitantibus vi
cijs ad virtutes animum p̄ exercitium preparet meritoꝝ.

## De remiſſa cōuerſione.

Capitulum x.

MUltos remiſſa cōuerſio in priſtinos errores reducit.
ac viuendi tēpore reſoluit. Horū ergo exempla quiſ
qʒ cōuerſuu euita. ne dum timorem dei a tēpore inci
pis. rurſus mūdanis erroribus immergaris. Tepidus in cō
uerſione ocioſa ꝟba et vanas cogitationes noxias eſſe non
conſpicis. Q̄ ſi a torpore mentis euigilauerit. ea que leuia ex
iſtimabat cōfeſtim quaſi horrenda atqʒ atrocia pertimeſcit.
Fraus et deſidia in oī bono ope formidanda eſt. Fraudē fa
cimus deo. quotiens de ipſius donis et muneribus gloriam
ꝓpriā et humanam laudē appetimus. et de bono ope nrō noſ
metipſos non deū laudamus. Deſidiā vero agimus quotiēs
p̄ torporem languide ea que dei ſūt opamur. Omnis ars ſe
culi huius ſtrēnuos amatores hʒ et ad exequendum promp
tiſſimos. et hoc proinde fit. qꝛ preſentem habet opis ſui remu
nerationem. Ars vero diuini timoris pleroſqʒ hʒ ſectatores
languidos. tepidos. pigricie inertia cōgelatos. ſʒ hoc proin
de qꝛ labor eoꝝ non pro preſenti. ſʒ pro futura remuneratio
ne differtur. Jdeoqʒ dum eoꝝ laborē mercedis retributio nō
ſtatim cōſequitur. ſpe ipſi pene diſſoluta langueſcūt. Unde et
magna illoꝝ gloria predicatur q̄ bone cōuerſionis principia
augmento ſolidiore cōſumant. atqʒ eo ad promerendā retri
butionē clariores preparantur. quo firmius duri itineris la

bores et inchoant et cõſumant. Quidam primo cõuerſionis calore ad virtutes ſeſe accingũt. accedente vero progreſſu dum immoderate terrenis rebus incũbunt. puluere infimi appeti tus obſcurantur. Unde et dñs de bonis ſeminibus in ſpinis iactatis dicit. Quod aũt cecidit in ſpinis. hi ſunt qui audiunt verbum dei. et a ſolicitudine ſeculi vel fallacia diuitiarum ſuffo cant verbũ. et ſine fructu efficiunt. Nuper cõuerſi nequaquam de bẽt in curis exterioribus puebi. Nã ſi implicent. cõfeſtim quaſi plãtata arbuſcula et nec dũ radice prefixa cõcutiunt pariter et areſcũt. Ualet interdũ cõuerſis pro aĩe ſalute mutatio loci. Plerũqꝫ enim dum mutatur locus. mutat et mentis affectus. Congruũ eſt enim inde etiam corpaliter auelli vbi quiſqꝫ illece bris deſeruiuit. Nam locus vbi praue quiſqꝫ vixit. hoc in aſ pectu mentis opponit. quod ſepe ibi vel cogitauit vel geſſit.

## De exemplis ſcõrum. Ca. xi.

AD cõuerſionẽ ſeu correctionẽ mortaliũ multum pro ſunt exempla bonorum. Mores enim inchoanciũ non queunt proficere ad bene viuendũ. niſi pfectorum infor mentur exemplis patrũ. Reprobi aũt non attendũt documẽ ta bonorum quo immutent in melius. ſed proponũt ſibi exempla ma lorum quibus ad ſuorum morũ pueſitatẽ vtant in peius. Ob hãc vtilitatẽ ſcribuntur ſcõrum ruine et reparationes. vt ſpẽ faciãt ſalutis humane ne quiſqꝫ poſt lapſum penitẽdo deſperet ve niam dum cõſpicit ſcõrum reparationẽ fuiſſe etiã poſt ruinam. Sciãt flagitio dediti ad quã vtilitatẽ eorum exempla proponant. ſcõrum ſcilicet vt aut ſint quos imitentur ad reparationẽ. aut certe ex eorum cõparatione durius de inobidiẽtia puniant. Propte rea virtutes ſcõrum ad exemplũ noſtrũ deus propoſuit. vt quãto de imitatione eorum conferri põt nobis iuſticie premia. tanto de pſeuerantia mali ſint grauiora tormenta. Si enim ad boni incitamentũ diuina quibus ad moneremur precepta. de eſſent. pro lege nobis ſcõrum exempla ſufficerent. At cõtra dum et nos deus preceptis ſuis ad moneat et vite ſanctorum boni opis no bis exempla proponat. nulla eſt iã de reatu excuſatio. quia ex lex dei ad aures noſtras quotidie pulſat. et factorum documenta bonorum cordis noſtri intima prouocãt. Et ſi prauorum ſepe ſe

cati ſumus exempla. cur nõ imitemur ſcõꝝ digna et deo pla
cita facta. Et ſi apti fuimus imitari iniquos in malũ. cur pi
griſumus imitari iuſtos in bonũ. Orandus eſt deus vt virtu
tes quas ꝑparauit ſanctis ad coronã. nobis ad ꝓfectũ ſint po
ſite nõ ad penã. Proficient ãt ad ꝓfectũ noſtrũ ſi tot exempla
voluerimus imitari virtutũ. Certe ſi ea pocius aduerſati q̃
imitati fuerimus. ad damnationẽ noſtrã erunt qui ea legẽdo
implere neglexerimus. Multi viam ſcõꝝ imitanꝫ. et de mori
bus alterius effigiem virtutis ſumũt. tãq̃ ſi imago quelibet
intendaꝫ. et de eius ſimilitudine ſpẽs picta formeꝫ. ſicq̃ fit ad
imaginẽ ſimilis ille qui ad ſimilitudinẽ viuit imaginis. Qui
ſanctũ virũ imitaꝫ quaſi exemplar aliqđ intuetur. ſeſeq̃ in il
lo quaſi in ſpeculo proſpicit vt adiciat qđ deeſſe virtutis ag
noſcit. Minus em̃ ſeipm̃ hõ ex ſemetipſo cõſiderat. ſʒ dum
alterũ intendit id qđ minus ẽ luminis adijcit. Perfectoꝝ eſt
iã viroꝝ nõ quẽlibet ſcõꝝ imitãdo. ſʒ ipſam veritatẽ intuendo
ad cuius imaginẽ facti ſtꝫ. iuſticiã opari. Et hoc indicat qđ
ſcribiꝫ. Faciamus hoiem ad imaginẽ et ſimilitudinẽ noſtrã.
qꝛ ipſam intelligendo imitaꝫ diuinitatẽ ad cuius factus eſt ſi
militudinẽ. Iſte ergo tantus eſt. vt nõ egeat hoie demonſtra
tore iuſticie. ſʒ ipſam cõtemplãdo imitetur iuſticiã. Exempla
ſcõꝝ quibus edificatur hõ. varias faciunt. cõſectari virtutes:
humilitatꝭ ex Xp̃o. deuotionis ex Petro. caritatis ex Iohan
ne. obedientie de Abraham. patientie de yſaac. tolerãtie de
Iacob. caſtimonie de Ioſeph. manſuetudinis de Moyſe cõ
ſtantie de Ioſue. benignitatis de Samuel. miſericordie de
Dauid. abſtinentie de Daniel. ſic et cetera facta prioꝝ quo
labore. quo moderamine. quaue intentione vel cõpunctione
gerantur. vir ſanctus imitando conſiderat.

## De compunctione cordis.

Capitulum xij.

Compunctio cordis ẽ humilitas mẽtis cũ lachrimis
exoriẽs de recordatõe peccati ⁊ timore iudicij. Illa ẽ
cõuerſus ꝑfectior cõpunctionis affectio. que oẽs a ſe
carnaliũ deſiderioꝝ affectus repellit. et intentionẽ ſuam toto
mentis ſtudio in dic cõtemplationem defigit. Geminam eſſe

cōpunctionē.qua ꝓpter deū aīa cuiuſqꝫ electi afficit̄.id eſt.vel dum opeꝝ ſuoꝝ mala cōſiderat.vel dum deſiderio eterne vite ſuſpirat. Quatuoꝛ eſſe qualitates affectionū quibus mens iuſti tedio ſalubꝛi cōpungit̄.hoc eſt:memoꝛia pꝛeteritoꝝ facinoꝝ.recoꝛdatio futuraꝝ penaꝝ conſideratio ꝑegrinationis ſue in huius vite longinquitate.deſideriū ſupne patrie:quatenus ad eā quātocius valeat ꝑuenire. Quiſqꝫ peccatoꝝ memoꝛia cōpungit̄ ad lamenta.tūc dei ſe pn̄tia ſciat viſitari.qn̄ id qđ ſe admiſiſſe recolit.interius erubeſcit.ſuoqꝫ iudicio penitēdo iā punit. Nam tūc Petrus fleuit qn̄ in eū xp̄s reſpexit. Vn̄ et Pſalmus: Reſpexit inquit et cōmota ē et cōtremuit terra. Greſſus dei ſunt in coꝛde hominis interioꝛis. quādo bona deſideria ſurgunt vt calcentur mala. Quādo ergo iſta in coꝛde hominis fiunt.ſciendum eſt tunc eſſe deū ꝑ gratiam coꝛdi humano pꝛeſentem. Unde ſe tunc magis homo acuere ad cōpunctionē debet.quando ſentit deū interius operantē. Quō mens hominis iuſti ex vera compunctione rapiatur.et qualiter infirmata reuertatur deguſtate lucis magnitudine. illum noſſe poſſe qui iam aliquid exinde guſtauit. Sunt qui non ex vera coꝛdis compunctione ſui accuſatoꝛes fiunt.ſed tm̄ ad hoc eſſe ſe peccatoꝛes aſſignant.vt ex ficta humilitate confeſſionis locum inueniant ſanctitatis.

## De confeſſione peccatoꝛum et penitentia. Capitulum xiij.

Ex eo vnuſquiſqꝫ iuſtus eſſe incipit.ex quo ſui accuſatoꝛ extiterit. Multi aūt econtra ſemetipſos peccatores fatentur.et tamē ſemetipſos a peccato nō ſubtrahunt. Magna iā iuſticie ꝑs eſt ſeipm̄ noſſe hō ꝙ prauus eſt. vt ex eo diuine virtute ſubdat̄ humilius ex quo ſuā infirmitatē agnoſcit. Bn̄ ſe iudicat iuſtus in hac vita.ne iudicet̄ a deo damnatione ꝑpetua. Tunc aūt iudiciū de ſe quiſqꝫ ſumit.qn̄ ꝑ dignā penitentiam ſua praua facta cōdemnat. Amaritudo penitentie facit animū et ſua facta ſubtilius diſcutere. et dona dei que cōtempſit flendo cōmemoꝛare. Nihil aūt peius ꝙ̄ culpam agnoſcere nec deflere. Duplicē habere debet fletum in penitentia oīs peccatoꝛ.ſiue qꝛ ꝑ negligentiā bonū non fecit.

ſeu qꝛ malũ ꝑ audacẽ ꝑpetrauit. Quod eñ oportuit nõ geſſit. et geſſit qđ agere nõ oportuit. Ille penitentiã digne agit qui reatum ſuũ ſatiffactione legittima plangit. cõdemnando ſcȝ ac deflendo que geſſit. tãto inde plorando ꝓfuſius quãto extitit in peccato procliuius. Ille penitentiã digne agit. qui ſic preterita mala deplorat. vt futura iteꝝ non cõmittat. Nam qui plangit peccatũ. et iteꝝ admittit peccatũ quaſi ſi q̃s lauet laterẽ crudũ. quẽ quãto magis eluerit tãto amplius lutũ facit. Quãuis quiſqȝ ſit peccator et impius. ſi ad penitentiã cõuertatur. conſequi poſſe veniã creditur. Nullus eñ de bonitate dei dubitat. ſȝ ſola accipientiũ prauitas cõferri ſibi indulgentiam abnegat. In hac vita tñ penitentie patet libertas. poſt mortẽ vero nullã correctionis eſſe licentiã. Vñ et dñs dicit: Me oportet opari opa eius qui me miſit donec dies eſt. Venit aũt nox qñ nemo p̃t opari. Hinc et ꝓpheta: Date inquit dño deo noſtro gloriam añq̄ȝ cõtenebreſcat. id eſt añq̄ȝ mors eterna preueniat. In hac vita dum eſtis. deũ per penitentiã glorificate. Adhuc in hoc ſeculo penitentiã operantibus dei miſericordia ſubuenit. In futuro aũt iam non opamur. ſed rationẽ noſtroꝝ opeꝝ ponimus. Per id deteriorantur plerũqȝ iniqui ꝙ ꝑ patientiã dei ſpaciũ accipiunt emendãdi qꝛ illi mora viuendi nõ vtuntur ad penitentiã. ſed ad peccandi vſurpant audaciã. A malo aũt in deterius vadit. qui tempus ſibi ad penitendũ indultũ ad libertatẽ praui operis vertit. Feſtinare debet ad deũ penitendo vnuſquiſqȝ dum p̃t. ne ſi dum p̃t voluerit. cũ tarde voluerit oĩno non poſſit. Proinde ꝓpheta ait: Querite dñm dum inueniri p̃t. inuocate eum dum ꝓpe eſt. Et vbi inueniri p̃t niſi in hac vita. in qua etiã et ꝓpe eſt oĩbus inuocantibus ſe. Nam tunc iam longe erit quãdo dixerit. Ite in ignem eternum. Modo aũt non videtur et ꝓpe eſt. tunc videbitur et ꝓpe nõ erit. quia et videri poterit et nõ poterit inueniri. Si quãdo quiſqȝ peccare poteſt penitet. vitamqȝ ſuã viuens ab omni crimine corrigit. non dubium ꝙ moriens ad eternã tranſeat requiem. Qui aũt praue viuẽdo penitentiã in mortis agit periculo. ſicut eius damnatio incerta eſt. ſic remiſſio dubia. Qui ergo cupit certus eſſe in morte de indulgẽtia. ſanus peniteat. ſanus ꝑpetrata facinora defle

at. Sunt qui penitentibus ſecuritatem cito pollicentur. qui bus bene per ꝓphetam dicit: Curabant cõtritionem filie po puli mei cum ignominia dicentes: pax et nõ erat pax. Cum ignominia igitur curat cõtritionẽ. qui peccanti et non legitti me penitenti promittit ſecuritatem. Unde et ſequitur: Con fuſi ſtꝫ quia ab hominationẽ fecerũt. id eſt cõfuſi ſtꝫ non peni tendo. ſed penas luendo. Aliter em̃ cõfunditur coram iudice reus dum plectit. atqꝫ aliter qui de malo ope erubeſcens cor rigitur. Jlle em̃ qꝛ reprehenſus eſt cõfunditur. iſte qꝛ ſe malũ feciſſe memoratur. Quãuis p penitentiã ꝓpiciatio peccatoꝝ fit. ſine metu tñ hõ eſſe non debet. qꝛ penitentis ſatiſfactio di uino tm̃ penſatur iudicio nõ humano. Proinde qꝛ miſeratio dei occulta eſt. ſine intermiſſione flere neceſſe eſt. Neqꝫ enim vnqꝫ oportet penitentẽ habere de peccatis ſecuritatẽ. Nam ſecuritas negligentiã parit. negligentia aũt ſepe in cautum ad vicia tranſacta reducit. Dum per preſentiã expulſa fuerint ab hoĩe vicia. ſi forte poſt hec intercedẽte ſecuritate quelibet cul pa ſubrepſerit. confeſtim delectationes priſtine vicioꝝ mentẽ auidius irrepũt. pulſanteſqꝫ hoĩem in cõſuetis opibus graui us ꝯtrahũt. ita vt ſint nouiſſima hoĩs illius peiora prioribus.

## De deſperatione peccantiũ

Capitulum xiiij.

NOn per locorum ſpacia. ſꝫ per affectum bonũ vel malum itur receditur ue a deo. Neqꝫ em̃ greſſu pe dum ſꝫ greſſu operum vel morum elongamus vel ꝓpinquamus ad deum. Perpetrare flagicium ali quod mors anime eſt. cõtemnere preſentiam et permanere in culpa. deſcendere in infernum poſt mortem eſt. Ergo pecca re ad mortẽ ꝑtinet. deſparare vero in infernũ deſcendere. Ũñ et ſcriptura ait: Jmpius dnm in profundum maloꝝ venerit cõtemnit. Sepe dyabolus eos quos cõuerti ad penitentiam aſpicit. immanitate ſceleꝝ ꝑcuſſos ad deſparationẽ deducit. vt ſubtracta ſpe venie. trahat in diffidẽtiã quos nõ potuit retinere ꝑſeuerantes in culpa. Sed penitẽs preuidere debet callida cõtra ſe hoſtis inſidias. ſicqꝫ dei iuſticiã metuat. vt ta mẽ qꝫuis in magnis ſceleribus de miſericordia eius cõfidat.

Amplius letatur deus de aĩa deſperata et aliqñ cõuerſa.q̃ꝫ
de ea que nũq̃ꝫ extitit ꝑdita.ſicut de ꝓdigo filio qui mortuus
fuerat et reuixit.perierat et inuẽtus ẽ.de cuius regreſſu mag
nũ fit gaudiũ patris. Non aliter corã deo et angelis copioſi
us eſt gaudiũ de eo qꝛ periculo liberatur.q̃ꝫ de eo qui nunq̃ꝫ
nouit peccati periculũ. Quãto eñ cõtriſtat res ꝑdita.tanto
magis ſi fuerit inuenta letificat.ſicut in Euãgelio paſtor ille
exultat qui ꝑditam ouem inuentã humeris ſuis gaudens re
portat. Nullus deſperare debet veniam.etiã ſi circa finẽ vite
ad penitentiã cõuertat. Unũquẽqꝫ eñ deus de ſuo fine nõ de
vita preterita iudicat. Hoc quippe et legis teſtimonio edoce
tur.ꝙ hõ de ſuo extremo iuſtificatur qñ deus ꝓ aſini primo
genito ouem iuſſit offerri.hoc eſt inmundiciã vite prioris mu
tandam ꝑ innocentiã boni finis. Uñ et cauda iubetur offer
ri in hoſtiam id eſt vita extrema in penitentiam. Multi ſup
na reſperſi gratia in extremis ſuis ad deũ reuertuntur ꝑ pe
nitentiam.et quecunqꝫ mala geſſerunt quotidianis fletibus
purgant.atqꝫ in bonis factis mala geſta cõmutant. Quibus
iuſte totum qđ deliquerãt ignoſcit.qꝛ ipſi qđ male geſſerunt
penitendo cognoſcũt. In vita hominis finis querendus eſt.
quoniã deus nõ reſpicit quales antea viximus.ſed quales cir
ca finem vite erimus.

# De his qui a deo deſeruntur

Capitulum xv.

DEſerente deo nullũ penitere.deo reſpiciente ſua vnũ
quẽqꝫ facta videre ⁊ plãgere et vñ ceciderit cogitare.
Nõnulli aũt ita deſpiciuntur a deo vt deplorare ma
la ſua nõ poſſint etiã ſi velint. Cõſilio inmundorum ſpirituũ
hoc ẽ qꝛ ipſis negatũ eſt poſt preuaricationẽ regredi ad iuſti
ciam.obſerare aditũ penitentie hoibus cupiunt.ne vel ipſi re
uertantur ad deũ.eoſqꝫ ſocios in ꝑditione habere cõtendũt.
quibuſcũqꝫ fraudibus inſiſtentes. vt aut deſerant a deo.aut
flagelli inmanitate deſperẽt. Ingemiſcendũ eſt iugiter ⁊ poſt
poſita ſecuritate lugendũ. ne dei ſecreto et iuſto iudicio deſe
ratur hõ et ꝑdendus in ptãte demonũ relinquatur. Nã reue
ra que deus deſerit.demones ſuſcipiũt. Dominici cõtempto

res precepti. ſtatim vt auertunt a deo. a malignis ſpiritibus occupant. a quibus etiā vt mala faciant pſuadentur. Hinc eſt illud ꝓpheticū: Inimicos dei pſequunt tenebre. p que intelliguntur demones: Uñ et in pſalmo legit: Immiſſiones p angelos malos. Quidā reproboꝝ in poteſtate demonū occulto dei iudicio ⁊ iuſtiſſimo rediguntur. Eſaie teſtante: Ipſe miſit eis ſortē. et manus eius diuiſit eis eā in menſura. vſqꝫ ineternū poſſidebunt eā. Quidā electoꝝ dimittunt diuina iuſticia incidere in errorē peccati. ſed tñ miſeratōe eius reducti denuo cōuertuntur. De talibus em̄ per ꝓphetam dñs loquit: Et dimiſi eū et reduxi eū et reddidi ei cōſolationē. Nonnūqꝫ etiā reuertens deus ad hoīem quē deſeruerat. rurſus affligēs viſitat et p lamenta lachrimaꝝ ac penitentie afflictionē a peccatis expurgat. dicente Job ad deū. Propter ſupbiam inquit quaſi leenā capies me. reuerſuſqꝫ mirabiliter me crucias. Reuertens em̄ deus hoīem cruciat. qñ quē peccantē deſeruerat. flagellando iteꝝ viſitat. Malis actibus cōtra nos amplius celeſtē iracundiā nequaqꝫ prouocare debemus. quin pocius ſi penitendo digna deo acta geſſerimus. ſeueritatē eius in clementiā cōmutabimus. Nā ille qui nos malos tolerat. nō dubiū eſt ꝙ cōuerſis clementer ignoſcat. Nā ꝙ ſeruat nobis tempus penitentie vt nō ſimul morte obruamur precipiti. ſꝫ detur locus ſatiſfactionis. hoc totū de dei procedit clemētia. vt nos nō damnet crudelit. ſꝫ expectet ad penitentiā pacienter.

## De his qui ad delictum poſt lachrimas reuertuntur. Capitulum xvi.

Deriſor eſt non penitens qui adhuc agit qđ penitet. nec videtur deū poſcere ſubditus. ſꝫ ſubſannare ſupbus. Canis reuerſus ad vomitū. et penitēs ad peccatum. Multi em̄ lachrimas indeſinenter fundunt. et peccare nō deſinunt. Quoſdam accipere lachrimas ad penitentiā et effectū penitentie nō habere. qꝛ incōſtantia mentis nūc recordatōe peccati lachrimas fundūt. nunc ṽo reuiuiſcente vſu ea que fleuerūt iterando cōmittunt. Qui et preterita vult plāgere. et actionibus ſecularibus incubare. iſte iuſtā mundationē

non bʒ.qm̄ adhuc agit que penitendo deflere poſſit. Eſaias peccatoꝛibus dicit: Lauamini.ꝛ mūdi eſtote. Lauat̃ itaqꝫ ꝛ mūdus eſt.qui et preterita plāgit et flenda iteꝝ non cōmittit. Lauat̃ et nō eſt mundus qui plāgit q̄ geſſit nec tn̄ deſerit.et poſt lacrimas ea q̄ defleuerat repetit. Sic deniqꝫ ꝛ alibi animā penitentē atqꝫ iteꝝ delinquentē ſ̄mo diuinus increpat dicēs: Quā vilis facta es nimis iterās vias tuas. Quiſqꝫ ergo culpas p̄teritas ploꝛat.hūc neceſſe eſt modū teneat.vt ſic admiſſa defleat.ne iteꝝ flenda cōmittat. Ve mihi miſero. Iſidero q̄ et penitere retro acta negligo.et adhuc penitēda cōmitto.

## De peccato. Capi.xvij

Duobus modis peccatū cōmittitur id eſt aut vi cupiditatis.aut metu timoꝛis.dū vel quiſqꝫ vult adipiſci qđ cupit.vel timet ne incurrat qđ metuit. Quatuoꝛ modis cōmittitur peccatū.in coꝛde.quatuoꝛ ꝑpetrat̃ ex ope. Admittitur coꝛde ſuggeſtione demonū.delectione carnis.cōſenſione mentis.defenſione elationis. Cōmittitur ope.nunc latenter.nunc palam. nunc cōſuetudine. nunc deſperatione. Iſtis ergo gradibus et coꝛde delinquitur.et ope malicia perpetratur. Tribus modis peccatū geritur hoc eſt ignoꝛantia. infirmitate.induſtria.periculo aūt penaꝝ diuerſo. Ignoꝛantie namqꝫ mō peccauit in paradiſo eua.ſicut Apoſtolus ait: Vir nō eſt ſeductus.mulier aūt ſeducta in p̄uaricatōe fuit. Ergo eua peccauit ignoꝛantia. Adam vero induſtria.qꝛ nō ſeductus ſʒ ſciēs prudenſqꝫ peccauit. Qui vero ſeducitur.q̄d cōſentiat euidenter ignoꝛat. De infirmitate aūt Petrus deliquit. qn̄ ad metum interrogantis ancille xp̄m negauit vn̄ et poſt peccatū amariſſime fleuit. Grauius eſt infirmitate q̄ꝫ ignoꝛantia queq̄ꝫ delinquere. grauiuſqꝫ induſtria q̄ꝫ infirmitate peccare. Induſtria nāqꝫ peccat qui ſtudio ac deliberatione mentis malū agit. Infirmitate aūt qui caſu vel p̄cipitatiōe delinquit. Nequius aūt et de induſtria peccat.qui nō ſolum non bn̄ viuunt.ſʒ adhuc et bn̄ viuentes ſi p̄nt a veritate diuertūt. Sunt em̄ qui ignoꝛanter peccāt.et ſūt qui ſcienter. Sunt etiā et qui pꝛo ignoꝛantie excuſatione ſcire nolūt. vt minus

culpabiles habeantur.qui tñ ſeipſos nõ muniunt.ſed magis decipiunt. Neſcire eñi ſi ſimplr̃ ad ignorantiã ꝑtinet.noluiſſe vero ſcire ad cõtumacẽ ſupbiam. Voluntatẽ quippe ꝓpꝛij dñi velle neſcire,q̃d aliud eſt q̃ꝫ velle dñm ſupbiendo cõtemnere. Nemo igit̃ ſe ne ignorantia excuſet.qꝛ deus non ſolũ eos iu dicat qui a cognitõe ſua reuertunt̃ ſed etiã et illos qui neſcie rũt.teſtante eodem dño p ꝓphetam: Diſperdã inquit hoies a facie terre et eos qui auertuntur poſt tergum dñi.et qui nõ queſierunt dñm.nec inueſtigauerunt eũ. Et pſalmus: Effun de inquit iram tuã in gentes que te non nouerunt.

# De leuioꝛibus peccatis.

Capitulum xviij.

Multi vitam ſine crimine habere poſſunt ſine peccato non pñt. Nã q̃uis in hoc ſeculo magna iuſticie quiſ q̃ꝫ claritate reſplendeat.nunq̃ꝫ tamẽ ad purum pecca toꝝ ſoꝛdibus caret. Johãne apoſtolo atteſtante qui ait: Si dixerimus qꝛ peccatum nõ habemus.ipſi nos ſeducimus.et veritas in nobis non eſt. Quedam ſtꝫ facta ſimilia peccatis. ſꝫ ſi bono aio fiant.non ſtꝫ peccata.vtpote ptãs.ſi nõ ſe vlciſ cendi cupiditate ſꝫ magis coꝛrigendi ſtudio vlciſcat̃ in reum q̃ delinquit. Itẽ ſtꝫ peccata leuia que ab incipientibus quoti diana ſat'ſfactione purgant̃ que tñ a pfectis viris velut mag na crimina euitant̃. Quid aũt hoies peccatoꝛes de magnis ſceleribus agere debẽt qñ etiã pfecti leuia queq̃ꝫ delicta quaſi grauiſſima lugent. Non ſolũ grauia: ſed et leuia ſtꝫ cauenda peccata. Multa eñi leuia vnũ grande efficiunt. ſicut ſolẽt ex prauiſſimis guttis immenſa flumina creſcere. Numeroſitas eñi in vnũ coacta exundantẽ efficit copiam. Peccata que inci pientibus leuia ſtꝫ.pfectis viris grauia reputant̃. Tanto eñi maius cognoſcit̃ eſſe peccatũ quãto maioꝛ qui peccat habet̃. Creſcit eñi delicti cumulus iuxta oꝛdinem meritoꝝ.et ſepe quod minoꝛibus ignoſcitur maioꝛibus imputatur.

# De grauioꝛibus peccatis.

Capitulum xix.

EXperimento vel cõtemptu minoꝝ peccatoꝝ maioꝛa
cõmitti peccata.vt durius feriantur ꝑ magnis ſcele
ribus:qui de paruis coꝛrigi noluerunt.Judicio aũt
diuino in reatum nequioꝛẽ labuntur.qui diſtringere minoꝛa
facta ſua cõtemnunt.Multi a crimine in crimẽ coꝛruunt.qꝛ
dei cognitionẽ habentes.timoꝛẽ eius negligunt.et quẽ noue
rũt ꝑ ſciam.ꝑ actionẽ non venerant.Ideoqꝫ cecantur diuino
iudicio punienda cõmittere et in penã cõmiſſi facinoꝛis.faci
nus deterius addere.Sepe peccatũ alterius peccati cã eſt.
qđ cõmittit cũ aliud ex ipſo quaſi ſua ſoboles oꝛitur.ſicut fie
ri ſolet naſci libidinẽ ex nimia vẽtris ingluuie.Pena ꝟo pec
cati peccatũ admittit.qñ ꝓ merito cuiuſqꝫ peccati.deo deſerẽ
te in aliud peccatũ deterius itur.de quo amplius qui admiſe
rit ſoꝛdi detur.Ergo p̄cedẽs peccatũ cã eſt ſequẽtis pecca
ti.ſequẽs ꝟo peccatũ pena ẽ p̄cedentis dilicti.Pꝛecedẽtia ita
qꝫ peccata ſequẽtium ſtꝫ criminũ cã vt illa que ſequunt ſtꝫ pꝛe
cedentiũ pena.Pꝛecedentiũ peccatoꝝ pena.ipſa vocat indu
ratio veniens de diuina iuſticia.Hinc eſt qđ ait ꝓpheta:In
duraſti coꝛ noſtrũ ne timeremus te.Neqꝫ enĩ quicũqꝫ iuſti ſtꝫ
a deo impellunt vt maliſiant.ſꝫ dum mali iam ſtꝫ.indurant
vt deterioꝛes exiſtãt.ſicut et aplꝰs dicit:Quĩ veritatẽ dei nõ
receperũt vt ſalui fierẽt.immiſit illis deus ſpiritũ erroꝛis.Fa
cit ergo deus quoſdã peccare ſꝫ in q̄bus talia iã peccata pꝛe
ceſſerint:vt iuſto iudicio eius mereant in deterius ire. Alia
quippe peccata pꝛecedentibus alijs peccatis.ꝓlabuntur in pe
nã quã peccata merentur.Quedã de ira dei veniunt peccata.
que ꝓ merito alioꝝ cõpenſant peccatoꝝ.Vñ et ꝓpheta:Ec
ce inquit tu iratus es et nos peccauimus.in ipſis fuimus ſp.
tãqꝫ ſi diceret:Quia ſp in peccatis fuimus.iratus es vt dete
rius peccaremus.Quid enĩ ſit irã dei mereri.q̄d vero pꝛouo
care.pꝛudens lectoꝛ debet ſcire.Grauioꝛ nãqꝫ eſt ira que pꝛo
uocatur q̄ꝫ ea que meret.Nam meremur qñ ignoꝛãdo pecca
mus.ꝓuocamus qñ ſcimus bonũ facere nec volumus.Nũc
irã dei dum viui ſumus vitare poſſumus.Timeamus ergo
ne veniente illo terroꝛe iudicij.ſentiri poſſit.vitari nõ poſſit.

¶De manifeſtis occultiſqꝫ peccatis. Capitulum xx.

MAioꝛis eſt culpe manifeſte q̄ occulte peccare. Dupliciter em̄ reus eſt qui apte delinquit. qꝛ et agit et docet. De talibus Eſayas dicit: Et peccata ſua quaſi ſodoma pꝛedicauerūt nec abſconderūt. Multi em̄ publice delinquentes ſine vllo pondere ſua flagicia pꝛedicant. nec vlla vtuntur ſceleris verecūdia. Quedā em̄ iam iuſticie poꝛtio eſt iniquitatē ſuā homini abſcōdere. et in ſemetipſo de peccatis p̄pꝛijs erubeſcere. Peccatum p̄petrare crimē eſt. peccatum pꝛedicare clamoꝛ eſt. De quo etiā dicit Ap̄lus: Et clamoꝛ auferat a vobis cū oī malicia. id eſt cū ipſis peccatis. Ex eo ipſo quo quiſq̄ peccatū qd̄ agit non abſcōdit. iudicij iam eſſe indiciū. qꝛ non erubeſcit niſi de cōſcientie reatu. Ergo et hoc ipſo quo quiſq̄ de facto ſuo erubeſcit. ipſe ſibi iam iudex fit.

## De peccati amoꝛe. Ca. xxi

ALiud eſt non peccare amoꝛe dilectionis dei. aliud timoꝛe ſupplicij. Qui em̄ amoꝛe caritatis dei non peccat. hoꝛreſcit omne malū amplectendo iuſticie bonū. nec eum delectat peccatū etiā ſi ſceleris inpunitas p̄mittatur. Qui vero ſola pena ſupplicij in ſe vicia repꝛimit. q̄uis nō expleat opus peccati. viuit tamen in eo voluntas peccandi: doletq̄ ſibi illicitum. quod lex pꝛohibere dinoſcitur. Ille ergo mercedē boni op̄is p̄cipit qui amādo iuſticiā facit. nō is qui eam ſolo metu penaꝝ inuitus cuſtodit. Quidam et diligunt peccatū et faciunt. Quidā diligunt tantū et nō faciunt. plerique vero faciunt tantū et nō diligunt. nōnulli peccatū nō faciunt et tn̄ iuſticiā odiunt. Grauius aūt peccat qui non ſolum peccatū diligit ſz et facit. q̄ qui non facit et diligit. grauiuſq̄ interdū qui diligit et nō facit. q̄ qui facit et odit. Grauiſſimū eſt non ſolū facere. ſed et diligere peccatū. Nam ſūt quidā qui cōfeſtim p̄acto flagitio cōfunduntur. et ſūt qui nō ſolum non dolent geſſiſſe malū. ſed etiam de ipſo malo op̄e gloꝛiantur. Sicq̄ ad cōparationem mali fit deterius. dum de vicijs gratulantes extolluntur in peius. De talibus ait Salomon: Qui letantur cum male fecerint et exultant in rebus peſſimis.

¶ De peccandi neceſſitate. ¶ Capitulum xxij.

INterdum q mali ſumus. neceſſitate pocius nō volū
tate exiſtimus. Vertēda eſt aūt neceſſitas mali in vo
luntatē boni. Plerics nō volūtate ſʒ ſola neceſſitate
peccāt. ptimeſcētes tpalem inopiā. Et dū pñtis ſeculi neceſſi
tatē refugiunt. a futuris bonis priuant. Itē nonnulli peccatū
voluntate nō neceſſitate cōmittunt nullaqꝫ coacti inopia ex
iſtunt iniqui. ſʒ tantū gratis cupiūt eſſe mali. Neqꝫ eñ ipſam
rē amant quā appetunt. ſʒ ipſa tm̄ peccati malicia delectant.

## De peccandi conſuetudine.

Capitulum xxiij.

MElius eſt peccatū cauere q̄ȝ emendare. Facilius eñ
reſiſtimus hoſti a quo nondum victi ſumus: q̄ȝ ei a
quo iam ſupati ac deuicti cognoſcimur. Omne pecca
tum anq̄ȝ ad mittat amplius ptimeſcit. Quāuis aūt graue ſit.
dum in vſum venerit leue exiſtimat et ſine vllo metu cōmitti
tur. Iſtis fomitibus quaſi quibuſdam gradibus coaleſcit oē
peccatū. Cogitatio namqꝫ praua delectationē parit. delecta
tio cōſenſionem. cōſenſio actionē. actio cōſuetudinē. conſuetu
do neceſſitatē. ſicqꝫ his vinculis hō implicatus quadā cathe
na vicioꝝ tenetur aſtrictus. ita vt ab ea euelli nequaq̄ȝ vale
at. niſi diuina grā manū iacentis apprehendat. Peccatū ad
mittere cadere eſt in puteum. cōſuetudinē vero peccādi facere.
os putei eſt coanguſtare. ne is qui cecidit valeat exire. Sed
interdum etiā tales deus liberat. dum eoꝝ deſperationē ad
cōuerſionē libertatis cōmutat. Ipſo eñ miſerante peccata di
mittuntur. quo protegente fit ne in deterius peccando eatur.
Nequiſſimū eſt peccare. peius eſt peccādi cōſuetudinē facere.
Ab illo facile. ab hoc cū magna labore reſurgit. dum male cō
ſuetudini repugnatur. Male agendi cōſuetudinem receſſum
eſſe ꝓpheta aſſerit in profundum. cuius vſu quaſi quadam le
ge hō tenetur aſtrictus vt etiā qñ non vult peccatū admittat:
A lapſu vero cito reſurgere. nō eſt in ꝓfundum ire. Apoſto
lus legē peccati dicit eſſe in membris ſuis. que lex cōſuetudo
eſt. quā peccando cōcipimus. et nō ab ea cū volumus diſcedi
mus. qꝛ iam neceſſitatis vinculo ꝑ cōſuetudinem retinemur.

Multū veri amoꝛ agit in hoīe ſed reſultat caro male cōſue
tudinis lege. Bene aūt audacter pꝛo bona cōſcīa exultat. qui
valenter in ſe repꝛimit qđ inſolenter impugnat. Frequenter
peccare cauendū eſt. nam hoc ip̄m ꝙ de malo noſtro plerūqꝫ
deus nobis ſalutē opatur. quāto mirabile eſt. tāto perraꝝ eſt.
Propterea metuendū eſt cōfidere ita ſaluari. ne foꝛte dum ex
pectamus a vicijs ſanari. et vicia multiplicemus. et ſalutem
nō adipiſcamur. Ergo ſtudeamus aut nō cadere. aut cito cō
uerſi a lapſu cōſurgere. Omnino peccare cauendū eſt: Et ſi
humana fragilitate peccatū ſubꝛepſerit. cōfeſtim erit coꝛrigen
dum qđ nequiter ſentitur cōmiſſum. Cito eñ coꝛrigit̄ culpa
que cito cognoſcit̄. tardius āt ſanat̄ vulnus qđ iam putreſcē
tibus membꝛis lōgo poſt tp̄e curationibus adhibet̄. Iteratio
peccati grauioꝛ eſt. ſicut ē ſi moꝛbus ſuꝑ moꝛbū veniat. ſicut
ſi ymber ſuꝑ ymbꝛem occurrat. Moꝛa peccādi immanitatē
facit ſceleris. Unde et ꝓpheta. Ue inquit qui trahitis iniqui
tatē in funiculis vanitatis et quaſi vinculū plauſtri peccatū.
Trahit eñ iniquitatem vt funiculum. qui tardat cōuerti ad
deū. Trahere eñ iniquitatē. eſt moꝛam. facere in iniquitati
bus. Unde et Pſalmus. Pꝛolongauerunt iniquitates ſuas.
dominus iuſtus concidit ceruices peccatoꝛum.

## De peccati recoꝛdatione.

Capitulum xxiiij.

Bonū eſt homini ſꝑ ante oculos ꝓpꝛia adhibere delic
ta. ſcđm Pſalmi ſententiā. Et peccatum meū añ me
eſt ſꝑ. Sicut eñ nō opoꝛtet reminiſci peccati effectū.
ſic ſꝑ neceſſe eſt vnūquēqꝫ ſuum in deflēdo cōmemoꝛare pec
catum. Apud iuſtū recoꝛdatio peccati facit tediū animi. Qui
aūt luxurie et cupiditati ſubditi ſꝫ: cōtumaci ſupbia etiā de
ipſo peccati ope gloꝛiant̄. Serui dei tāta recoꝛdatio eſſe de
bet peccati. vt ea que geſſit ſemꝑ lachꝛimans cōfiteatur. Un
de et Pſalmus dicit. Conuerſus ſum in erumna dum confi
git̄ ſpina peccatum meū cognitum tibi feci. dixi pꝛonunciabo
aduerſum me in iuſticias meas dño. Supꝛa ei dixerat: qm̄
tacui. hoc eſt. nō ſum cōfeſſus. inueterauerūt oīa oſſa mea dū
clamarē tota die. Quid ergo tacuiſſe ſe penitet. niſi cōfeſſionē

peccatoꝝ: Quid clamaſſe ſe dolet. niſi defenſionem maloꝝ: Qui ergo peccatoꝝ ſuorum defenſor extitit. neceſſe eſt vt penitendo accuſet quod ſupbiens praue admiſit.

## De cogitatione. Capi. xxv

BIpartita eſt cauſa peccandi id eſt opis. et cogitationis quoꝝ vnū iniquitas dicitur qđ ope gerit. aliud iniuſticia qđ cogitatione admittit. Prius aūt actio reſecanda eſt. poſtea cogitatio. Prius praua opa. poſtmodū deſideria. Uiciſſim aūt et a cogitatione opa procedūt. et ab ope cogitatio naſcit. Q̄uis et ſi ab ope malo quiſq vacet ꝓ ſolius tamē praue cogitationis malicia nō erit innocēs. Un̄ et dn̄s p Eſaiam: Auferte inquit malū cogitationū veſtraꝝ ab oculis meis. Non eīm ſolū factis ſed et cogitationibus delinquimus. ſi eis illicite occurrentibus delectemur. Sicut vipera a filijs in vtero poſit lacerata perimit. ita nos cogitationes noſtre intra nos enutrite occidunt. et concepto interius vipereo veneno cōſumūt aīamq noſtrā crudeli vulnere perimūt. Nō eſt arbitrij noſtri cogitationes praue ſuggeſtionis preuenire. iacere aūt in aīo cogitationē. nrē attinet volūtati. Illud ergo ad culpā non redigit. iſtud culpe ꝓprie imputat. Nā cogitationes illicitas occurrere demonū eſt. cogitationibus oblectari ꝑuerſis. noſtroꝝ eſt. Plerūq fieri ſolet vt in mūde corporaliū reꝝ ſpēs quas didicimus. noſtris mētibus opponant et nolētes eas cogitemus q̄tumq ab eis aciē mentis auertere nitimur. tāto ille ſe magis aīo ingerūt. obſceniſq in nobis motibus obrepunt. Sed fit hoc pro cōditione mortali. quā meruit primus hō in penā ſui peccati. Dū vnuſquiſq diuina illuminatiōe preuenitur. ſtatim moleſtijs turpiū cogitationū pulſat. Sz dei ſeruus iudicio timoris dei eaꝝ tentamēta a ſemetipſo reijcit. boniſq cōtra obiect cogitationibus turpes a ſe repellit. magna obſeruātia circa cordis ē cuſtodiā adhibēda qr aut bone aut male rei ibi cōſiſtit origo. Nā ſic̄ ſcriptū ē ex corde exeunt cogitatōes male Ideoq ſi prius praue cogitationi reſiſtimus. in lapſū opis nō incurrimus. Non ē timēdū ſi bona malaq ī cogitationē veniāt. ſz mag glandū eſt. ſi mēs mala a bonis intellectu rōnis diſcernat. Itē nib iuuat

q̄ inter bonū et malū ſenſu prudētiori diſcernimus. niſi appa reāt mala cogitata caueamus. aut bona intellecta faciamus.

## De cōſcientia. Capi. xxvi

HUmana cōditio dum diuerſis vicioſitatibus mentē cōturbat. etiā ante penas gehēne p incōditū aīe appe titū iam penas cōſcie patitur. Omnia fugere poterit hō preter cor ſuū. Non em̄ pōt a ſe quiſqȝ recedere. Ubicūqȝ em̄ abierit reatus ſui cōſcia illū non derelinquit. Quis huma na iudicia ſubterfugiat oīs qui male agit. iudiciū tn̄ cōſcie ſue effugere nō pt. Nā et ſi alijs celat qd̄ agit. ſibi tn̄ celare nō pt qui plene nouit malū eſſe qd̄ geſſit. Duplex fit ergo in eo iudi cium. qꝛ et hoc ſue cōſcie reatu punitur. et illic ꝑpetuali pena damnat̄. Hoc em̄ ſignificat: abyſſus abyſſum inuocat in vo ce cataractaꝝ. Abyſſus em̄ abyſſum inuocare eſt de iudicio ſue cōſcientie ire ad iudicium damnationis ꝑpetue. In voce cataractaꝝ tuaꝝ. id eſt in predicatione ſanctoꝝ.

## De intentōe mētis Ca. xxvij

OCulus hoīs. intentio opis eius ē. Si ergo intentio eius bona eſt. et opus intentionis ipſius bonum eſt. Alioquin male intētionis etiā ſi bonū in factꝫ opus appareat. bonū tn̄ iam nō eſt. qm̄ ex ſua intentōe aut ꝓbatur bonū aut reprobatur indignum. Bona eſt ergo intentio que ꝓpter deū eſt. mala vero que ꝑ terreno lucro aut vana gloria eſt. Qui opus bonū bona intentione nō faciunt. per hoc ma gis cecantur opeꝝ quod illuminari potuerunt. Unuſquiſqȝ bonū opus qd̄ agit intentione bona agit. qm̄ pro mala inten ſione plerūqȝ opus bonū quod agimus perdimus et minus a culpa vacamus. Sepe que apud hoīm iudiciū bona patēt. apud examen diligentiſſimi et acutiſſimi iudicis reproba de teguntur. Ideoqȝ omnis ſanctus veretur ne forte bonum qd̄ agit ꝑ aliqua animi intenſione in oculis dei reprobum ſit.

## de ſenſibus carnis C. xxviij

PEr ſenſus carnis morbus irrepit menti. Unē et ꝑ ꝓphe tam dn̄s dicit: Omnes cogitationis terre ab aquilone

venient:et ponet vnuſquiſq͡ʒ ſoliū ſuū in introitu portaꝝ iheruſalem. Regna aquilonis vicia ſtꝫ que ſedes ſuas in portis ponūt.qn̄ per ſenſus carnis labem anime ingerunt.ideoq͡ʒ in ipſis portis.id eſt in ipſis ſenſibus regnant. Neq͡ʒ em̄ aliun de peccamus niſi videndo.audiendo. attrectando.guſtando atq͡ʒ tangendo. Vn̄ et alias dicit: Intrauit mors p̱ feneſtras noſtras.et alibi: Et extranei ingrediebantur p̱ portas eius. et ſup̱ iheruſalem mittebant ſortē. Extraneos quippe in mundos eſſe ſpiritus.qui tanq͡ʒ per portas ita per ſenſus carnis animā irrepunt.et eam illecebrando deuincunt.

# De ſermone. Capitulū xxix

Cum quedam p̱ua vicioꝝ v̱ba non euitamus.in magno lingue prolabimur crimie.et dum facta quedā nō grauia libere ac ſine metu cōmittimus.ad potiora ſcelera et horrenda peccandi cōſuetudine labimur. Sicut plerūq͡ʒ multiloquioꝝ ſtulticia reprehendit̄.ita rurſum nimis tacētiū vicia denotant̄. Illi em̄ ſatis laxando linguā in leuitatis vicio defluunt.iſti nimis reticendo ab vtilitate torpeſcūt. Imperiti ſicut loqui neſciunt.ita tacere non pn̄t: Mente em̄ ineruditi.ore loquaces. v̱bis p̱ſtrepunt.ſenſu nihil dicunt. Sicut falſitatꝫ crimina a ꝑficientibus p̱ timeſcuntur.ita ocioſa v̱ba a p̱fectis viris vitantur. Nā ſicut ait quidā: Sicut pro ocioſis v̱bo ratio ponit̄.ita pro ſmone in iuſto pena exoluit̄. Vani ſermones in ore xp̄iani eſſe non debent. Nā ſicut mali mores in bono colloquio corrigunt̄.ita praua colloquia bonos mores corrumpūt. Cuſtodia ori ponit̄.dum quiſq͡ʒ nō ſe iuſtum.ſed quod magis veꝝ eſt peccatorē fatetur. Manū ſuper os ponit qui bonis operibus lingue exceſſum operit. Manū ſup̱ os ponit qui male locutionis culpas bone actionis vel aie tegit. Loquēs que ad dn̄m p̱tinent nec faciens.et ſi inutilis ſibi eſt.audientibus tamē prodeſt. Qui de ſapiētia ſe laudari affectāt.loquentē ꝓphetam attendāt: Ve qui ſapiētes eſtis in oculis veſtris.et corā vobis metipſis prudentes. Recte ex ſcia dicit: qui verā ſapientiā guſtu interni ſaporis ſentit. A ſentiendo em̄ ſententia dicitur:ac p̱ hoc arrogantes qui ſine humilitate dicūt.de ſola ſcia dicunt nō de ſententia.

aduerſarios ꝑcutit. De quibus dicit: Flagello inimici ꝑcuſſi te. caſtigatione crudeli. Et iteꝝ: Quid clamas ad me ſuꝑ cõtritione tua. inſanabilis ē dolor tuus. Un̄ vnuſquiſqꝫ feſtinet et timeat ne ſimul feriatur vita eius cū culpa. Flagellū namqꝫ tūc delet culpam cū mutauerit vitā. Nam cuius mores nõ mutat. actiones nõ expiat. Omnis diuina ꝑcuſſio aut purgatio vite preſentis eſt. aut iniciū pene ſequētis. Nā quibuſdam flagella ab hac vita inchoant et in eterna ꝑcuſſione ꝑdurant. Un̄ per Moyſen dn̄s dicit: Ignis exarſit in ira mea et ardebit vſqꝫ ad inferos deorſum. A quibuſdam dici ſolet: Nõ iudicat deus bis in idip̄m. qui tn̄ non attendūt illud qđ alias ſcriptū eſt: Jheſus populū de terra egipti liberans. ſcđo eos qui nõ crediderūt ꝑdidit. Quāuis em̄ ſi vna culpa bis non ꝑcutitur. vna tn̄ ꝑcuſſio intelligit̄. que hic cepta illic ꝑficit̄ vt in his qui oīno non corriguntur. precedentiū ꝑcuſſio flagelloꝝ. ſequētium ſit iniciū tormentoꝝ. Hinc eſt qđ in Pſalmo ſcribitur: Operiant̄ ſicut diploide cõfuſione ſua. Diplois em̄ duplex veſtimentū eſt. quo figuraliter induuntur qui et tꝑali pena et eterna damnantur. Un̄ et Hieremias ait: Cõtritio ſuꝑ cõtritionē id eſt gemina damnatio. et hic et in futuro ſeculo. Et idē alibi: Duplici cõtritione cõtere eos. id eſt gemina pena. p̄nti ſcꝫ et futura. Quibuſdā ſecreto dei iudicio hic male eſt. illic bene. ſcꝫ vt dum hic caſtigati corriguntur. ab eterna damnatione liberentur. Quibuſdam vero hic bn̄ eſt. illic male. ſicut diuiti illi accidit. qui hic potentie claritate cõſpicuus. poſt mortem gehenne incendijs traditur cruciandus. Porro quibuſdam et hic male et illic male eſt. quia corrigi nolentes. et flagellari in hac vita incipiunt. et in eterna ꝑcuſſione damnantur. In tāto quoſdam inmergi deſperationis profundo vt nec ꝑ flagella valeant emendari. De quibus recte ꝑ ꝓphetam dominus dicit: Fruſtra ꝑcuſſi filios veſtros. diſciplinā non receperunt. Plerumqꝫ iuſtus plangit quia neſcit vtrum pro omnibus ſuis peccati preſentia patiatur flagella. an pro vno tm̄. et neſcit q̄ ſit culpa illa ꝑ qua meruit eiuſmodi pati ſupplicia. et pro ipſo ambiguo maxime in merore verſatur. Quāuis flagella preſentia iuſtum a peccatis abſoluunt. adhuc tamen ſub metu vindicte turbatur ne inſtantes ei plage

non ſufficiant ad purganda delicta. Proinde ergo dum pre ſentia patitur et futura pertimeſcit. quodammodo ſicut ait ꝓpheta: pro ſuis peccatis ſuplicia recipit.

# De infirmitate carnis. Capitulum iij.

E Sſe nõnullos eiuſdẽ qualitatis hoies qui neſciant corrigi niſi alios viderint flagellari. ſicqꝫ proficiunt cõparatione maloꝝ. dum ſibi id accidere timent in quo deperire alios vident. Quoſdam ds videns nolle ꝓprio voto corrigi. aduerſitatũ tangit ſtimulis. quoſdã etiã preſciẽs multũ peccare poſſe. in ſalutẽ flagellat eos corpis infirmitate ne peccent. vt eis vtilius ſit frãgi languoribus ad ſalutẽ aĩe. q̃ꝫ manere incolumes ad damnationẽ. Uiſitatio dei nec ſp in bonũ accipit. nec ſp in malũ. In bonũ eñ accipit. ſicut eſt illud: Uiſita nos in ſalutari tuo. In malum vero. iuxta illud: In tpe viſitationis ſue peribunt. Tribus ex cauſis infirmitates accidũt corpi. id ex peccato. ex tentatiõe. et ex intemperantie paſſione ſed huic tm̃ nouiſſime humana põt medicina ſuccurrere. illis ꝟo ſola pietas diuine miſericordie. Qui valẽtiores ſtꝫ et ſani. vtile eſt illis infirmari et nõ peccare. ne p vigorẽ ſanitatꝫ illicitis ſordident cupiditatũ et luxurie deſiderijs. Duricia que mentẽ premit nec ſentit. vtiliter mutat in carne vt ſentit atqꝫ intellecta emendet. Nam citius vulnera carnis ſentiuntur q̃ꝫ aĩe. ideoqꝫ p carnis flagella errantes citius corrigunt. Hoc quippe indicãt in pauli oculis ſquame infidelitatis que dum mutate ſtꝫ p increpationẽ in oculis carnis. cõfeſtim reſoluta eſt duricia mentis. Eſt pnitioſa ſanitas que ad inobedientiã hoiem pducit. Eſt et ſalubris infirmitas que p diuinã correptionẽ mentẽ a duricia frangit. Languor animi. id ẽ peccatoꝝ infirmitas pnitioſa eſt. de qua etiã apoſtolus ait: Quis infirmat et ego non infirmor? Quis ſcãdalizatur ⁊ ego nõ vror? Nã infirmitatẽ carnis vtilẽ eſſe idẽ apoſtolus approbat dicens: Quãdo infirmor tunc fortior ſum.

# De tollerãtia diuine correptionis. Capitulum iiij.

M Urmurare in flagellis dei peccator homo nō debet. q̄ maxime ꝑ hoc q̄ corripitur emendat̄. Unuſquiſq̄ autē tunc leuius portat qd̄ patitur. ſi ſua diſcuſſerit mala pro quibus illi infertur retributio iuſta. Diſcat nō murmurare qui mala patitur etiā ſi ignorat cur mala paciatur. et ꝑ hoc iuſte ſe pati arbitretur ꝑ qd̄ ab illo iudicatur. cuius nunq̄ iniuſta iudicia ſūt. Qui flagella ſuſtinet et cōtra deum murmurat iuſticiā iudicantis accuſat. Qui vero ſe cognoſcit a iuſto iudice pati qd̄ ſuſtinet. etiā ſi pro quo patitur ignoret. ꝑ hoc iam iuſtificatur. ꝑ qd̄ et ſe ipm̄ accuſat et dei iuſticiam laudat. Dū ex rebus proſperis vtilia iuſtus exempla preſtat hoībus. neceſſe eſt eū iterū et aduerſitatibus tangi. quatenus eius paciencia cōprobetur. vt denuo fortitudinis documēta ex eo ſumant hi qui proſperitatis eius temperantiā agnouerūt. Qui paſſionibus aīe inſidiāte aduerſario cruciatur. nō idcirco ſe credat alienari a xp̄o q̄ talia patit̄. ſed magis ꝑ hoc deo cōmendabilē ſe eē exiſtimet ſi dū hec patit̄ laudet deū pocius nō accuſet. ad magnā vtilitatē diuino iudicio mēs iuſti diuerſis. paſſionū tentationibus agitatur. pro quibus ſi deo grās egerit. ſueq̄ culpe q̄ talia dignus ſit deputauerit. hoc qd̄ ex paſſione tolerat. ei pro virtutibus reputabitur. q̄ et diuinam agnoſcit iuſticiam. et ſuām culpam intelligit.

# De tentationibus dyaboli.

Capitulum v.

M Ultis calamitatum tentationibus mens iuſti in hac vita pulſat̄. Unū et optat ab hoc ſeculo funditus euelli quo et erumnis careat. et fixam illic ſecuritatē inueniat. Inter eas penas quas iuſtus in corpe patitur. atq̄ eas quas mente ꝑ fraudē dyaboli tolerat. multū intereſt. Nā grauius fert quas interius luget. q̄ eas quas exterius ſuſtinet. Has enī et loco euitat et tpe. illas vero nec loco nec tpe pt̄ euitare. Nā amplius tentat electos dyabolus q̄ dei volūtas ꝑmittit. Tentando āt ſcōꝝ ꝓfectibus ſeruit. et ſi nolēs. vtilitati tn̄ ſcōꝝ ſeruit dyabolus. qn̄ eos tentationibus ſuis nō decipit. ſꝫ pocius erudit. Nā tentationes quas ille ad humanū interitū mouet. interdū xp̄us ad exercitium virtutum ſalubri

vtilitate cõuertit. Inſidie dyaboli atq; aſtucie q̃ſuis huc atq; illuc querentes quẽ deuorent diffundantur. a ptāte tñ diuina nõ egrediuntur. ne tm̃ noceant quãtum malicioſe cõtendunt. Nam qũo ſcõꝝ virtus tãta tolerare potuiſſet. ſi ſupna diſpenſatio pio moderamine nequitiã demonũ non refrenaret. Et licet dyabolus tentationẽ iuſtis ſꝑ inferre cupiat. tñ ſi a deo poteſtatem non accepit. nullatenus adipiſci põt qđ appetit. Vñ et oĩs voluntas dyaboli iniuſta eſt. et tñ ꝑmittente deo oĩs ptãs iuſta. Ex ſe em̃ tentare quoſlibet iniuſte appetit. ſed eos qui tentandi ſũt. et ꝓut tentandi ſũt. nõ niſi tentari deus iuſte ꝑmittit. Vñ etiã in libris regũ de dyabolo ſcriptũ eſt. qꝛ ſpũs dñi malus irruebat in ſaul. vbi iuſte queritur: ſi dñi. cur malus. ſi malus cur dñi dicat̃. Sꝫ duobus ỽbis cõprehenſa eſt et dei ptãs iuſta. et dyaboli voluntas iniuſta. Nã ſpũs malus ꝑ nequiſſimã voluntatẽ. et idẽ ſpũs dñi ꝑ acceptã iuſtiſſimã ptãtem. Dyabolus non eſt inmiſſor. ſꝫ incenſor potius vicioꝝ. Neq; em̃ alibi cõcupiſcentie fomenta ſuccendit. niſi vbi prius praue cogitationis delectationes aſpexerit. qui ſi a nobis ſpernit̃. ſine dubio ille cõfuſus abſcedit. ſtatimq; frãguntur iacula cõcupiſcentie eius. cõtempteq; iacent. et ſine luce faces illius. Sollicite hoſtis inſidias intelligere pariter et cauere dei ſeruũ oportet. ſicq; innocentia vite exiſtere ſimplicẽ vt tamẽ oporteat cũ ſimplicitate eſſe prudentem. Qui prudentiam ſimplicitati non miſcet. iuxta ꝓphetam: Columba eſt ſeducta non habens cor. Sed ideo columba. qꝛ ſimplex. ideo aũt cor non habens quia ignara prudentie eſt. Sepe fraus ſathane ſanctoꝝ cordibus aperitur. quãdo per ſpeciem boni angelum ſe ſimulans lucis. dum nititur electos decipere detegitur atq; cõtemnitur. Sic et ỽba fallacis doctrine deus ſanctos ſuos facit intelligere. quatenus dyabolicũ errorem interius cognoſcãt ac ſolicite caueant. Diſcretio ſanctorum tanta eſſe debet vt inter bonum et malum prediti ratione diiudicent ne eos dyabolus ꝑ ſpeciem boni fallat. Hec eſt em̃ percunctatio Joſue dicentis: Noſter es an aduerſariorum. Propter hoc et Hieremie dicit̃: Si ſepaueris precioſum a vili. quaſi os meum eris. Tunc em̃ bene de ſe iudicant ſancti qñ ab eis deus fallacia demonum tentamenta facit intelligi.

Multi decipiuntur a dyabolo. et ignorant ſe eſſe deceptos.
Oſee ꝓphete teſtimonio declarāte: Comederūt inquit alieni
robur eius et ipſe ignorauit. Alieni nāqꝫ maligni ſpūs ſignifi
cantur q̇ virtutes mentis cōmedunt: ſed hoc corda negligen
tiū non intelligunt. Tāqꝫ inermis dyabolus vincitur: qñ de
apta iniquitate hoīem deprauare conatur. Armatus vero
tūc incedit. dum ꝑ ſpeciē ſanctitatis. et virtutis ea que ſcā ſūt
deſtruit. qñ et qui decipit̄ ſua detrimenta nō ſentit. ſed tanqꝫ
ſint virtutes que ſūt vicia ſectatur et diligit. In oculis carna
liū dyabolus terribilis eſt. in electoꝝ oculis terror eius vilis
eſt. Ab incredulis vt leo timetur a fortibus ī fide vt vermis
cōtemnit̄. atqꝫ ad momentū oſtenſus repellet̄. Qui ſuggeſtio
nes dyaboli nō recipit. in eis inſidias minime trāſit. Nam fa
cile in cōſequenti oꝑe repellitur. ſi prima oblectamenta illius
reſpuantur. Dyabolus eñ ſerpens eſt lubricus. cuius ſi capi
ti. id eſt prime ſuggeſtioni nō reſiſtitur. totus in interna cor
dis dum nō ſentitur illabitur. Tentationū dyabolicaꝝ inicia
fragilia ſūt. que ſi non caueantur. ſed ꝑ vſum in cōſuetudinem
tranſeant. in nouiſſimis fortiter cōualeſcunt. ita vt aut nūqꝫ
aut cū difficultate vincantur. Cum in tota vita dyabolus ho
minē preuaricari cupiat amplius tñ in fine molitur decipere.
Hinc eſt qḋ in principio cōtra protoplaſtū ſerpenti eſt dictū.
Et tu inſidiaberis calcaneo eius. qꝛ nimirum hoīem quē dia
bolus in curſu preterite vite non decepit. in nouiſſimis ſup
plantare diſponit. Proinde q̄uis quiſqꝫ ſit iuſtus. nunqꝫ ne
ceſſe eſt vt ſit in hac vita ſecurus: ſed ſemꝑ humilis caueat
ſemꝑ que ne in fine corruat ſollicitus ꝑtimeſcat. Dyabolus
ſuis fautoribus blanditur. dei vero ſeruis molitur tentamēta
cōtraria. exemplo dñi qui ſe poſt baptiſmū paſſus eſt a dya
bolo tentari. Dyabolus ſanctos oēs non tenendo poſſidet.
ſꝫ tentando ꝑſequitur. Nam qꝛ nō in eis intrinſecus regnat.
cōtra eos extrinſecus pugnat. Et qui intrinſecus amiſit do
minū. exterius cōmouet bellū. Tunc cōtra eum quē poſſidet
dyabolus acrius ſeuit. quando ſe virtute diuina. ab eo expel
lendum cognoſcit. Unde immūdus ſpūs tunc decerpſit gra
uius puerum in quo habitabat. qñ ad xp̄i imperium exire ab

eo coactus eſt. Quod factū et ad Job ꝟba reſpicit. vbi in no
uiſſimis vehemoth caudam ſuā quaſi cedrus aſtringit. Plus
cōtra eos dyabolus diuerſis tentationibus inſiſtit q̄ poſſunt
et alijs ſua vtilitate prodeſſe. vt dum illi impediunt. non ꝓfi
ciant qui docendi ſtꝫ. Malignus ſpūs hoc quod intra nos
mundare cupimus ſine intermiſſione tentat iteꝝ ſordidare.
Sancti aūt eoꝝ inſidias preſago ſpiritu precognoſcunt. et
quicquid in ſemetipſis terrenū ſentiunt indeſinenter opibus
ſanctis exhauriunt. vt de intimis puri inueniantur. Eodem
blandimento decipiunt. nunc ꝑ dyabolū hoīes quo pro tho
plaſti in ꝑadiſi ſtꝫ decepti. Multis eñ vicioꝝ preſtigijs men
tes reproboꝝ tentando decludit. Nunc eñ ꝓmiſſis decipit.
nunc rebus tranſitorijs quaſi neceſſarijs illicit. nunc etiā ipſa
inferni ſupplicia quaſi leuia et tranſitoria ſuggerit. quatenus
miſeroꝝ corda in cupiditatē laſciuiamq; diſſoluat. ſecūq; ad
tartara ducat. Argumenta machinationū malarūq; cogita
tionū ſemina que in cordibus hoīm diabolus fundit. ita ſepe
vndiq; captam implicāt mentē. vt ex qua ꝑte euadere quiſq;
tentauerit. ſine periculo exire nō poſſit. veluti ſi iures hoc face
re. qđ ſi feceris pecces. ſi nō feceris reus piurij ſis. In tāto er
go mali diſcrimine vt euadēdi aditus pateat. minora potius
eligenda ſtꝫ vt maiora vitentur. Dyabolus qñ decipere quēq;
querit. prius naturā vniuſcuiuſq; intendit et inde ſe applicat.
vnde aptam hoīem ad peccandū inſpexerit. Ex ea ꝑte hoīes
dyabolus tentat qua eos pro excreſcente humore facile incli
nari ad vicia cōſpicit. vt ſcđm humoris cōſperſionem adhi
beat et tentationem. Lege Balaam qui in figura dyaboli cō
tra populum dei ex ea ꝑte precepit ꝑnitioſos pretendere la
queos. ex qua ſenſit eos facilius eſſe lapſuros. Nam et qui
aquā alicubi deducit. non eam ꝑ aliam ꝑtem mittit niſi vbi
impetum eius intenderit. Nullus culpam exiſtimet quā ex
cōſperſione ꝓpria ſuſtinet. ſed quātum valet cōtra id qđ tole
rat pugnet. Nam ſi cōpaſſioni ceditur. tentationi vel vicio ne
quaq; reſiſtitur. Ideo diabolus in ſacris eloquijs vehemoth
id eſt animal dicit̄. q2 de celis lapſus ad terras cecidit. iuxta
Pſalmiſtā iumentis inſipiētibus ꝯparatus. Ideo leuiathan

id eſt ſerpens de aquis dicitur quia in huius ſeculi mari vo
lubili verſat̃ aſtucia. Auis vero ꝓpterea nominatur. qꝛ ꝑ ſup
biam ad alta ſuſtollitur. Et recte his tribus vocabulis appel
latur qꝛ pro ſuo merito aerẽ quaſi auis ꝓ carcere meruit. ve
hemoth terrã. qꝛ vt aĩal brutũ in imis delectatur. ſerpens eo
ꝙ in huius ſeculi mari inſana iacteturfluctuatione. Ex inde
eñ. ꝙ per membra ſua dyabolus opatur. ſortitur. vocabula.
ita vt qđ ſinguli agunt incitante illo ipſe nominet̃ ex eo. Quẽ
eñ non decipit dyabolus vnde aĩal eſt. hoc eſt. ꝑ carnis luxu
riã. tentat vnde ſerpens eſt. hoc ẽ cupiditatis ac nocendi ma
licia. Quẽ aũt et ſi decipit. inſidiatur ei vnde auis eſt. hoc eſt.
ſupbie ruina. Undiqꝫ eñ dolos preparat quouſqꝫ inueniat
viam. ꝑ quã incautũ decipiat. Aliud eſt intrare mentẽ cuiuſ
qꝫ diabolum. aliud vero inhabitare. nam et in cordibus ſcõꝝ
dyabolus ingreditur. dum malã ſuggeſtionem inſinuat. ſed
nõ habitat in eis qꝛ in ſuo corpe non eos tranſducit. Qui ve
ro in corpe eius ſtꝫ. ipſos inhabitat. quia ipſi ſunt templum
eius. Et ſi ſubripiat mentibus electoꝝ dyabolus non aũt
in eis requieſcit ſicut in cordibus reproboꝝ. nam calore fidei
mox excitatur vt exeat ab electis. Non nulli quos iam auido
ore dyabolus deuorauerat. rurſus diuini iudicij occulta mi
ſeratione ab eius ore eripiuntur et ſaluti reſtituuntur. Nam
ſepe multos quos antiquus hoſtis luxurie voragine inmer
ſos tenuit. potẽtia diuina ꝑ potentiã ab eius faucibus traxit.
Quõ bonoꝝ interitum ꝓpheta electã dicit eſſe dyaboli eſcã.
dum alibi ſcriptum ſit de illo: Fenum ſicut bos comedet. ni
ſi q|| in oculis dei fenum ſunt qui electus cibus ſꝫm hoĩes eſſe
videntur. Ac per hoc qui de bonoꝝ numero pereunt. apud
hoĩes electi. apud deũ fenũ exiſtunt. Eum dyabolus iam de
glutiſſe dicitur: quem iam perfecto ſcelere deuorare videtur.
Eum vero quem non deglutiuit opis ꝑfectione. ſed tentatio
nũ illecebris mordet vt deuoret. adhuc quaſi in maxilla man
dit. Unde et Paulus habet ſtimulos carnis quibus humili
ter. non habet peccandi ꝑfectionẽ qua deglutiatur. Os dya
boli verba eius ſunt. Uerba vero eius inſpirationes occulte
ſtꝫ, quibus corda hoĩm alloquẽs occultis vrit cupiditatibus

Quidam ob in corrigibilē iniquitatē.qꝛ ſponte nō corrigun tur.immūdis ſpiritibus vexandi traduntur.vt arripiēdi eos demones corpaliter habeant poteſtatē.terroribuſqꝫ eoꝝ afflic ti humilientur.peniteant et ſaluentur. Sicut et Apoſtolus corinthijs ſcribēs dicit: Tradere huiuſmodi hoīem ſathane in interitū carnis vt ſpūs ſaluus ſit in die dn̄i. Utile eſt em̄ quoſdā peccātes vt in aīa ſaluentur.ſathane corpaliter depu tari.quatenus ex p̄ſenti correptione futurū iudiciū timeāt.et de cetero delinquere caueant. Quidam āt poteſtati demonū ad emēdationē deputanť.quidam ꝓ deſpecti ad ſolā ꝑditio nē traduntur. Nunq̄ꝫ vacat diabolus aduerſus hoīem iuſtū. Aut em̄ tribulationes cordis illi exaggarat.aut dolores cor poris ſuſcitat. Hinc eſt qđ apoſtolus ait: Datus eſt mihi ſti mulus carnis mee angelus ſathane qui me collaphizet. Se pe mentē iuſti varijs vexationū doloribus vis demonū cru ciat.vnde et interdum vſqꝫ ad deſperationis anguſtiā coarta tur. Permanēti aūt in dei amore aīe et ipſa talis anguſtia ad meritū proficit. Nam ſiue in aīo ſiue in corpe ꝑ inſtinctū im mundoꝝ ſpirituū quelibet aduerſa iuſtus paciať.ex dei vtiqꝫ ꝑmiſſu id patitur. Et ſi hoc ipm̄ ad dei gloriā humilis refe rat.et dicat qđ pro corpis paſſione Job dixit: Si bona ſuſ cepimus de manu dn̄i. mala quare nō ſuſtineamus: iſte qui ſic loquitur non ſeperať a deo. ſꝫ cōiungitur.qualibet atroci anguſtia torqueatur. Multa iuſtus aduerſa in aīa patiť inſti gatione demonū.ſed talibus tentamētis perire a vita eterna non p̄t.qꝛ pius dn̄s ad damnationē culpe nō reputat qđ de ſue maieſtatis ꝑmiſſu nolens qui patitur portat. Nam pecca mus vbi cupiditate vel voluntate deflectimur. Ubi vero vio lenter addicimur et ſi facinus aut flagiciū non eſt.miſeria tn̄ et pro flagitio et facinore eſt. Sed qui deū pro irrogata lau dat miſeria.cōmiſſo proculdubio caret facinore.

# De tentamentis ſomniorū.

Capitulum vi.

P Lerumqꝫ demones in noctibus occurrentes huma nos ſenſus ꝑ viſiones cōturbant.vt formidoloſos et

timidos faciant. Aliquociens etiã ex de deſperatione pecca
toꝝ mentẽ cõuerſi ꝑ ſoporem cõturbant horridaqꝫ gehenne
ſupplicia inmittunt. Nonnunqꝫ aũt et apta impugnatione
graſſantes humana corpa verberant. qđ tamẽ deo ꝑmittẽte
malis fit ad vindictã. iuſtis ad tolerãtie gloriam. Pleruͣqꝫ in
mundi ſpũs eos quos incũbere in ſeculi amore cõſpiciunt.
dormientes quadam vana ſpei proſperitate illudũt. Quoſdã
vero quos formidare aliqua aduerſa preſentiunt. dormiẽtes
inani terrore cõcutiunt. Sicqꝫ miſeroꝝ corda varijs illuſio
nibus tentantes mõ vana proſperitate demulcent. mõ inani
formidine terrẽt. Qui aũt nullis aut raris cõſcij ſũt delictis.
aut nũqꝫ aut raro terroribus fatigant᷑ nocturnis. ſed pacto
ſomno quieſcentes. interdum etiã ꝑ ſoporẽ quedã archana et
miſtica cõtuentur ac vident. Qui ꝟo corda ſua grauioribus
vicijs polluerũt. cõſcientie pauore illuſi ſpẽs tremendas aſpi
ciunt. Fallax em̃ imago mentes miſeroꝝ diuerſis illudit ima
ginibus. et quos vigilãtes in vicia trahit. dormiẽtes fatigat.
vt nũqꝫ ſecuros requieſcere ſinat. Nõnũqꝫ etiã electoꝝ men
tes horrendis imaginibus ſomnioꝝ ſpũs in mundi terrifica
re conantur. et quos vigilantes vicijs tentant nec ſuperant.
acriter dormiẽtes impugnãt. Sancti aũt et ſi ad momentũ
hmõi viſionibus cõmoueant᷑. mox tñ euigilantes illuſionum
vanitates deſpiciunt. intentionemqꝫ ſuã protinus ad deũ cõ
uertunt. Diuerſe qualitates ſũt ſomnioꝝ. Quedam em̃ ex ſa
turitate ſeu inanitione occurrũt. que etiã ꝑ experientiã nota
ſũt. Quedã vero ex ꝓpria cogitatione oriuntur. Nã ſepe que
in die cogitamus. in noctibus recognoſcimus. Nõnulle aũt
viſiones ſpirituũ immundorum fiunt illuſione. Salomone
ꝓbante: Multos inquit errare fecerũt ſomnia et illuſiones
vane. Porro quedã iuſto fiunt mõ id eſt ſupne reuelationis
miſterio. ſicut legit᷑ in lege de Joſeph filio Jacob qui ꝑ ſom
nia fratribus preferendus predicitur. vel ſicut in euãgelio de
Joſeph ſponſo Marie q̃ vt fugeret cũ puero in egiptũ ſom
nio admonetur. Nonnũqꝫ et ꝑmixte accidunt viſiones id eſt
cogitatione ſimul et illuſione. atqꝫ itẽ cogitatiõe et reuelatio
ne. Daniele dicente: Tu inquit rex cogitare cepiſti in ſtratu

tuo q̄d eſſet futurū poſt hec. et qui reuelat miſteria oſtendit tibi que futura ſūt. Et inde ſepe ea in q̄bus cogitationū noſtrarū ſenſum porrigimus. quodam mētis exceſſu reuelant̄ dum requieſcimus. Quāuis nō nulla vera ſint ſomnia. facile tn̄ credi eis non opus eſt. q2 diuerſis imaginationū qualitatibus oriuntur. et vn̄ veniāt raro cōſiderat̄. Tam facile igit̄ ſomnijs fides habēda nō eſt. ne forte ſathanas in angelū luc' ſe tranſformās quēlibet incautū fallat. et aliqua erroris fraude decipiat. Nō nūq̄ interdū demones deceptoria fraude ita quoſdā curioſos obſeruanteſq3 illudūt vt quedā ſomnia nō aliter eueniāt q̄ oſtendunt̄. Ut em̄ in multis fallāt. interdū et vera pronunciāt. Sed quāuis ita accidāt. cōtemnenda ſūt ne forte de illuſione procedāt. recolētes teſtimoniū ſcripture dicētis: Si dixerint vobis ꝛ ita euenerit nō credatis. Somnia ſimilia ſūt augurijs. et q̄ ea intendūt reuera auguriari noſcunt̄. Nō eſſe vera ſomnia que cogitans animus die noctuq3 ſibi imaginat̄. Mentes em̄ noſtre nonnūq̄ ipſa ſibi ſomnia fingūt. Sepe dum priora mala ꝑ triſtē memoriā ad mentē reducunt̄. ꝑ hec gehenne vindictā in nobiſipſis recolēdo imaginamur. Hmōi mentis imaginationes que aut de preteritis admiſſis. aut de futuris ſupplicijs memoria vigilantibus fiunt. et ꝑ viſiones ſomniaq3 occurrūt. et cogitantiū mentes cōcuciunt. Nā vna vi memorie fiunt vtraq3. ſiue vigilātibus ſiue dormientibus nobis. Tali em̄ ammonitōe horribili. pauore etiā ꝑ quietem cōcutimur. et q̄ grauia ſūt qua cōmiſimus. et q̄ dura que ꝑtimeſcimus mentis aſpectu etiā in ſomnio cōtemplamur. Non eſſe peccatum quādo nolentes imaginibus nocturnis illudimur. ſed tunc eſſe peccatum ſi anteq̄ illudamur cogitationis affectibus preueniamur. Luxurie quippe imagines quas in veritate geſſimus. ſepe dormiētibus in animo apparent ſ3 innoxie. ſi non cōcupiſcendo occurrant. Qui nocturna illuſione polluit̄. q̄uis et ſi extra memoriā turpiū cogitationū ſeſe ꝑſentiat inquinatum. tn̄ hoc vt tentaret̄ culpe ſue tribuat. ſuamq3 immundiciā ſtatim fletibus tergat.

## De oratione. Capitulū vij

HOc eſt remediū eius qui vicioꝝ tentamētis exeſtuat. vt quociens quolibet tangit̃ vicio. tociens ad orationē ſubdat. qꝛ frequens oratio vicioꝝ impugnationē extinguit. Tamen perſeueranter intendere oportet animum noſtrum orando atqꝫ pulſando. quouſqꝫ importunas deſideriorum carnalium ſuggeſtiones que noſtris obſtrepunt ſenſibus fortiſſima intentione ſuperemus. ac tamdiu inſiſtere. quouſqꝫ perſiſtēdo vincamus. Nam negligentes orationes. nec ab ipſo homine impetrare valent qđ volunt. Quādo quiſqꝫ orat. ſanctum ad ſe ſpiritum aduocat. At vbi aduenerit. confeſtim tentamenta demoniorum que ſe mentibus humanis inmergunt. preſentiam eius ferre non ſuſtinentes effugiunt. Oratio cordis eſt non labioꝝ. Neqꝫ em̄ verba deprecantis deus intendit. ſed orantis cor aſpicit. Qđ ſi tacite cor oret et. vox ſileat. q̄uis homines lateat. deum latere non poteſt qui conſcientie preſens eſt. Melius eſt autem cum ſilentio orare corde ſine ſono vocis. q̄ ſolis ꝟbis ſine intuitu mentis. Nū q̄ʒ eſt ſine gemitu orandum. Nam peccatorum recordatio merorem gignit. Dum enim oramus. ad memoriam culpam reducimus. et magis reos tunc nos eſſe cognoſcimus. Ideoqꝫ cum deo aſſiſtimus gemere et flere debemus. reminiſcentes q̄ʒ grauia ſunt ſcelera que cōmiſimus q̄ꝫqꝫ dira inferni ſupplicia que timemus. Mens qualem ſe in oratione offert. talem poſt orationem ſe conſeruet. Nam nihil proficit oratio ſi denuo cōmittitur vnde iam iterum venia poſtuletur. Ille em̄ precis deſideratum effectum ſine dubio pertipit. qui quod orando ablui poſtulat. delinquēdo nō iterat. Mens noſtra celeſtis eſt et tunc orando deum bene cōtemplatur. qū nullis terrenis curis aut erroribus impedit̃. Apta eſt em̄ ad bonū in ſua natura. in aliena vero turbatur. Pura eſt oratio quā in ſuo tpe ſeculi nō interueniūt cure. lōge aūt eſt a deo animus ꝗ in oratione cogitationibus ſeculi fuerit occupatus. Tunc ergo veraciter oramus qū aliunde nō cogitamus. Sed valde pauci ſtʒ qui tales orationes habeant. Et licet in quibuſdam ſint difficile tn̄ eſt vt ſp ſint. Mens que an̄ orationē vacās a deo in illicitis cogitationibus occupat. dum in orationē venerit cōfeſtim illi imagines reꝝ quas nuper cogitauit oc

currūt aditūq; precis obſtruunt. ne ſe mēs libera ad celeſte deſideriū erigat. Purgandus ē itaq; primū animus atq; a tpaliū rez cogitationibus ſegregandus vt pura acies cordis ad deū vere ⁊ ſimplr dirigat. Nam reuera tūc impetrāda diuina munera credimus. qn̄ ſimplici affectu aſſiſtimus cū oramus. Multis modis interrumpit orationis intentio. dum ſep in curiā vana mūdi ingerūt in cuiuſcūq; orantis animo. Tunc aūt magis dyabolus cogitationes curaz ſeculariū humanis mentibus ingerit qn̄ orantē aſpexerit Duobus modis oratio impedit ne impetrare quiſq; valeat poſtulata. hoc eſt. ſi aut quiſq; adhuc mala cōmittit. aut ſi delinquēti ſibi debita non dimittit. Quod geminū malū dum quiſq; a ſemetipſo abſterſerit. ptinus ſecurus ſtudio orationis incumbit. et ad ea que impetrare precibus cupit mentē libere erigit. Qui leditur nō deſiſtat orare pro ſe ledentibus. alioquin iuxta dn̄i ſententiā peccat qui p inimicis nō orat. Sicut nullū pficit in vulnere medicamentū ſi adhuc ferrum in ea ſit. ita nihil proficit oratio illius cuius adhuc dolor in mente. vel odiū manet in pectore. Tantus debet eſſe orantis erga deum affectus. vt non deſperet precis effectū. Inaniter aūt oramus ſi ſpei fiduciā non habemus. Petat ergo vt Apoſtolus ait: vnuſquiſq; in fide nihil dubitās. nam qui dubitat ſimilis eſt vnde maris q̄ a vento fertur atq; diſpergit. Diffidentia naſcit impetrandi orata. ſi ſe adhuc animus ſentiat circa peccādi affectionē verſari. Non em̄ pt habere precis certam fiduciā qui adhuc in preceptis dei pigritat et peccandi recordatione delectatur. Qui a preceptis dei auertit. qd in oratione poſtulat accipere nō meret. nec impetrat ab illo bonū qd poſcit. cuius legi non obedit. Si em̄ id qd deus precepit facimus. id qd petimus ſine dubio obtinemus. Nā ſicut ſcriptū eſt: Qui auertit aurē ſuā ne audiat legē. oratio eius execrabilis erit. Multū apud deū vtraq; ſibi neceſſario cōmendant vt oratione opatio. et ope fulciat oratio. Vn̄ etiā Hieremias ait: Leuemus corda noſtra cū manibus ad deū. Cor em̄ cum manibus leuat. qui orationē cū ope ſubleuat. Nā quicūq; orat et nō opatur. cor leuat et manus nō leuat. Quiſq; vero opatur ⁊ nō orat. leuat manus et cor nō leuat: Sed q2 opari neceſſe eſt et orare. bn̄

iuxta vtrumq; dictũ eſt. Leuemus corda noſtra cũ manibus ad dñm. ne de negligentia mandatoꝝ corde reprehendamur dum ſalutẽ noſtrã obtinere aut ſola oratione aut ſola opatione cõtendimus. Poſtq̃ bonũ opus agimus. lacrime orationũ fundant. vt meritũ actionis humilitas impetret precibus. Culpabiliter manus ad deũ expandit. qui facta ſua orando iactanter prodit. ſicut phariſeus in templo iactanter orabat: ſeq; magis q̃ deũ de operibus iuſtis laudari volebat. Quorundam oratio in peccatũ cõuertitur. ſicut de iuda proditore ſcribitur. Qui em̃ iactanter orat laudem appetẽdo humanã. non ſolũ eius oratio nõ delet peccatum. ſed etiã ipſa vertitur in peccatũ. Sic iudei vel heretici qui licet ieiunare et orare videantur. eoꝝ tamen oratio nõ delet peccatũ. nec ad purgationis proficit meritũ ſed mutatur pocius in peccatũ. Ideo interdũ oratio electoꝝ in preſſuris eoꝝ differtur. vt impioꝝ ꝑuerſitas augeatur. Uerũ dum iuſti tꝑaliter audiuntur. pro eorum fit ſalute qui eos affligunt. vt dum illis tꝑali remedio ſubuenitur. prauoꝝ oculi ad cõuerſionẽ aperiantur. Unde et trium pueroꝝ frigidus ignis fuit. vt. Nabuchodonoſor deũ verum agnoſceret. Sicut et ꝓpheta in pſalmis ait: Propter inimicos meos eripe me. Proinde tardius exaudiuntur quorundam orationes. vt dum differuntur. fortius excitati maioribus premijs cumulentur. exemplo pruinaꝝ et repreſſione meſſium. in quibus quãto tardius ſata ſemina exeunt. tanto ad frugem cumulatius creſcunt. Quociens orantes nõ cito exaudimur. noſtra nobis facta in oculis ꝓponamus vt hoc ipm quod differtur diuine reputetur iuſticie. et culpe noſtre. Interdum q ꝑſeueranter orantes non cito exaudimur. vtilitatis noſtre eſt non aduerſitatis. Sepe em̃ multos deus nõ exaudit ad voluntatem. vt exaudiat ad ſalutem. Multi orantes nõ exaudiuntur. q2 prouidendo illis deus meliora q̃ petunt reſeruat. ſicut cõtingere ſolet ꝑuulis qui ne in ſcolis vapulent deũ exorant. ſed nõ datur illis poſtulationis effectus quia impeditur talis auditio ad profectum. Non aliter quibuſdam electis. Deprecantur em̃ deũ pro nõnullis vite huius cõmodis vel aduerſis. prouidentia vero diuina tꝑaliter eoꝝ deſiderio minime conſulit. q2 meliora illius in eternũ promit

tit. Oratio priuatis locis oportunis funditᷣ: magiſqꝫ obtentū impetrat. dum deo tm̄ teſte depromitᷣ. Propriū aūt ypocritaꝝ eſt offerre ſe in oratione videntibus. quoꝝ fructus eſt nō deo placere ſed gloriā ab hominibus cōparare. Non in multiloquio exaudiuntur hoīes a deo quaſi plurimis cum ỽbis conentur inflectere. Neqꝫ enī cōciliat eū multiplex orantꝫ ſermo. ſed pura ſinceraqꝫ orationis intentio. Bonum eſt corde ſemꝑ orare bonū etiam et ſono vocis deum ſpiritatibus ymnis glorificare. Nihil eſt ſola voce canere ſine cordis intentione. ſed ſicut ait Apoſtolus: cantantes in cordibus veſtris. hoc eſt nō ſolum voce. ſed et corde pſallentes. Unde et alibi: Pſallam ſpiritu pſallam et mente. Sicut orationibus regimur. ita pſalmoꝝ ſtudijs delectamur. Pſallendi enī vtilitas triſticia corda conſolatur. gratiores mentes facit. faſtidioſos oblectat. inertes exſuſcitat. peccatores ad lamenta inuitat. Nam q̄ꝫuis dura ſint carnaliū corda. ſtatī vt pſalmi dulcedo inſonuerit. ad affectū pietatꝫ animū coꝝ inflectit. Dum xpianū nō vocis modulatio. ſꝫ tm̄ verba diuina que ibi dicuntᷣ debeant cōmouere. neſcio tn̄ quo pacto modulatione canentis maior naſcitur cōpunctio cordis Multi enī reperiuntur qui cauſatus ſuauitate cōmoti ſua crimina plangunt. atqꝫ ex ea ꝑte magis flectuntᷣ ad lacrimas. ex qua pſallentis inſonuerit dulcedo ſuauiſſima. Oratio in preſenti tm̄ vita pro remedio peccatoꝝ effunditur. pſalmoꝝ autem decantatio ꝑpetuam dei laudē demonſtrat in gloriam ſempiternā. ſicut ſcriptū eſt: Beati qui habitant in domo tua dn̄e. in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Cuius operis miniſteriū quicūqꝫ fideliter intentaqꝫ mente equitur. quodammodo angelis ſociatur.

## De lectione. Capitulū viij

O. Rationibus mundamur. lectionibus inſtruamur. vtrumqꝫ bonum eſt. ſi liceat ſi non leceat melius eſt orare q̄ꝫ legere. Qui vult cum deo ſemꝑ eſſe. frequēter debet orare. frequenter et legere. Nam cum oramus ipſi cum deo loquimur. cum vero legimus. deus nobiſcum loquitur. Omnis profectus ex lectione et meditatione procedit. Que enī neſcimus lectione diſcimus. que autem didicimus

meditationibus cõſeruamus. Geminum cõfert donum lectio ſanctarum ſcripturarum ſiue quia intellectum mentis erudit. ſeu quod a mundi vanitatibus abſtractum hominẽ ad amorem dei ꝑducit. Excitati eñ ſepe illius ſermone ſubtrahimur a deſiderio vite mũdane. atq; accenſi in amore ſapientie tanto vana ſpes mortalitatis huius nobis vileſcit. quanto amplius legendo ſpes eterna claruerit. Geminum eſt lectionis ſtudium primum quomodo ſcripture intelligantur. ſcđm qua vtilitate vel dignitate dicant̃. Erit eñ antea quiſq; promptus ad intelligendum que legit. ſequenter ydoneus ad proferendum que didicit. Lector ſtrenuus potius ad agendum que legit q̃ ad ſciendum erit promptiſſimus. Minor eñ pena eſt neſcire quid appetas. q̃ ea que noueris non implere. Sicut eñ legendo ſcire cõcupiſcimus: ſic ſciendo recta que didicimus implere debemus. Lex dei et premiũ habet et penam legentibus eam. premiũ his qui eam bñ viuendo cuſtodiunt. penam vero in eis qui eam male viuendo cõtemnunt. Omnis qui a preceptis dei diſcedit opere. quociens eadem dei precepta legere vel audire potuerit. corde ſuo reprehẽſus cõfunditur. quia id quod non agit memoratur. et teſte cõſcia interius accuſatur. Unde et Dauid ꝓpheta deprecatur dicẽs: Tunc non cõfundar dum reſpitio in oĩa mandata tua. Grauiter namq; vnuſquiſq; confunditur quãdo mandata dei vel legendo vel audiendo reſpicit. que cõtemnit. Corde eñ reprehenditur dum mandatoꝝ meditatione docetur. quia nõ impleuit opere quod diuina didicit iuſſione.

## De aſſiduitate legendi.

¶ Capitulum ix.

NEmo poteſt ſenſum ſcripture ſancte cognoſcere. niſi legendi familiaritate. ſicut eſt ſcriptum: Ama illam et exaltabit te glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus. Quãdo quiſq; mag; in ſacris eloquijs aſſiduus fuerit. tanto ex eis vberiorem intelligentiam capit. ſicut terra que quãto amplius excolitur. tãto vberius fructificat. Quãto amplius ad quãlibet artem homo cõſcendit. tanto magis ad hoiem ars ipſa deſcendit. ſicut in lege ſcribitur: Moyſes

accendit in montem. et dñs deſcendit. Uerum eſt deocio ſpi
ritali ꝙ ille tm̄ ſecreta diuinoꝝ ſcrutatur mandatoꝝ. qui ab
actione terrene cure reuocauerit animū et ſedula familiarita
te ſcripturis ſanctis inheſerit. Nam ſicut cecus et videns pt
quidem vterqꝫ ambulare. ſed non cōſimili libertate: dum ce
cus pergens quo non videt offendat. videns vero offendicu
la cauet et quo ſit pergendū agnoſcat. Sic et qui nubilo ter
rene cure fuſcatur. ſi tentet dei ſcrutari miſteria non valet. qꝛ
caligine curarum non videt. Quod ille tantumdem efficere
valet qui ſeſe de exterioribus ſeculi curis abſtrahit. et totum
ſe in ſcripturarum meditatione defigit. Quidam habent intel
ligentie ingeniū ſed negligunt lectionis ſtudium. et qđ legen
do ſcire potuerunt. negligendo cōtemnunt. Quidā vero amo
rem ſciendi hñt. ſed tarditate ſenſus prepediuntur. qui tamē
aſſidua lectione capiunt quod ingenioſi ꝑ deſidiam non no
uerunt. Ingeniū tardius et ſi non ꝑ naturam. ꝑ aſſiduitatem
tñ lectionis augmentatꝛ. Nam ꝗ̄uis ſenſus hebetudo ſit. fre
quēs tñ lectio intelligentiā adhibet. Sicut qui tardus eſt ad
capiendū pro intentione tñ boni ſtudij premiū ꝑcipit ita qui
preſtitū ſibi ex deo ingeniū intelligētie negligit. cōdemnatio
ne reus exiſtit. qꝛ donū quod accepit deſpicit et ꝑ deſidiā de
relinquit. Quidam dei iudicio donum ſcie qđ negligūt acci
piunt. vt durius de rebus creditꝭ puniantur. Tardiores aūt
ideo qđ ſcire cupiunt difficulter inueniunt. vt ꝑ maximo ex
ercitio laboris maximum premium habeant retributionis.

## De doctrina ſine gratia.

Capitulum x.

D Octrina ſine adiuuante grā ꝗ̄uis infundatꝛ auribus
ad cor nūqꝫ deſtendit. foris quidē ꝑſtrepit. ſꝫ interius
nihil proficit. Tunc aūt dei ſmo infuſus auribus ad
cordis vltima ꝑuenit qñ dei grā mentē interius vt intelligat
tangit. Sicut eīn quoſdā flāma caritatis ſue deus illuminat
vt vitaliter ſapiāt. ita quoſdā frigidos torpenteſqꝫ deſerit vt
ſine ſenſu ꝑſiſtant. Plerīqꝫ acumine intelligendi viuaces ex
iſtunt. ſꝫ loquēdi inopia anguſtantur. Quidā vero in vtriſqꝫ
pollent. qꝛ et ſciendi copiam et dicendi efficaciam habent.

# De ſuperbis lectoꝛibus.

Capitulum xi.

P Lericꝫ ſcia accepta ſcripturaꝝ.non ad dei gloꝛiam
ſed ad ſuā laudē vtuntur:dum et ipſa ſcia extollunt.
et ibi peccāt vbi peccata mundare debuerūt.Nunꝗ̃
cōſequuntur legēdo ꝑfectam ſciam arrogantes.Nam ꝗ̃uis
ſapiētes in ſuꝑficie videant.medullitus tn̄ veritatis archana
non tangunt.qꝛ ſuꝑbie nube pꝛepediunt.Semꝑ em̄ ſuꝑbi le
gūt.querūt et nūꝗ̃ inueniunt.Diuine legis penetralia humi
libus et bn̄ ad deū intrantibus patent.pꝛauis autē atqꝫ ſuꝑ
bis claudunt.Nā ꝗ̃uis diuina eloquia in lectione arrogan
tibus ſint apta.in miſterio tn̄ clauſa atqꝫ occulta ſtꝫ.Dū ſer
mo dei fidelibus lux ſit.repꝛobis aūt ac ſuꝑbis quodam mō
tenebꝛeſcit.et vnde illi illuminantur.inde iſti excecantur.

# De carnalibus lectoꝛibus et hereticis.

Capitulum xij.

N Equaꝗ̃ legē intelligit qui carnaliter ꝟba legis ꝑcur
rit.ſed is qui eā ſenſu interioꝛis intelligētie pꝛoſpicit.
Nam qui ad lrām legis intendūt.eius occulta pene
trare non pn̄t.Multi em̄ non intelligendo ſpūaliter ſcriptu
ras.nec eas recte ſentiendo in hereſim deuoluti .ſunt atqꝫ in
multis erroꝛibus defluxerūt.In ſolis fidelibus religata ē lex.
teſtante dn̄o per ꝓphetam:Signa teſtimoniū.ſigna legē in
diſcipulis meis.ne eam aūt iudeus intelligat aut hereticus qꝛ
nō eſt xp̄i diſcipulus.Unitatē quippe pacis quā xp̄us docuit
nō ſequuntur.de qua idē dn̄s dicit:In hoc cognoſcēt oēs qꝛ
mei eſtis diſcipuli.ſi dilectionē inter vos habueritis.Scrip
turas heretici ſano ſenſu nō ſapiunt.ſed eas ad errorē praue
intelligentie ducunt.neqꝫ ſemetipſos eaꝝ ſenſibus ſubdunt.
ſꝫ eas ꝑuerſe ad erroꝛem ꝓpꝛium ꝯtrahunt.Doctoꝛes erroꝝ
pꝛauis ꝑſuaſionibus ita ꝑ argumenta fraudulentie illigant
auditoꝛes ſuos vt eos quaſi in labirinthum implicent.a quo
exire vix valent.Tanta eſt hereticoꝝ calliditas.vt falſa veris
malaqꝫ bonis ꝯmiſceant.ſalutaribuſqꝫ rebus plerumqꝫ erro

ris ſui virus interſerūt. quo facilius poſſint prauitatatē ꝑuerſi dogmatis ſub ſpē ꝑſuadere veritatis. Plerūqꝫ ſub noīe catholicoꝝ doctoꝝ heretici ſua dicta cōſcribunt. vt indubitanter lecta credantur. Nonnūqꝫ etiā blaſphemias ſuas latenti dolo in libris noſtroꝝ inſerūt. doctrināqꝫ verā adulterando corrumpunt ſcꝫ vel adijciendo que impia ſunt vel auferendo que pia ſūt. Caute meditāda cautoqꝫ ſenſu probanda ſūt que leguntur. vt iuxta apoſtolica monita teneamus que recta ſūt. et refutemus que contraria veritati exiſtunt. ſicqꝫ in bonis inſtruamur vt a malis illeſi permaneamus.

## De libris gentiliū. Capi xiiij

DOcte ideo in libris ſuis venerē impudicā martemqꝫ adulteꝝ deū appellare voluerūt. vt ꝑſuaderet mentes hoīm quaſi deus imitari malū. vt dum libidinoſa ꝑſuaſione ad intentionē eoꝝ flagitia cōfidenter cōmittunt. nō quaſi hoīes ꝑditos. ſꝫ quaſi celeſtes deos imitari videantur. Ideo ꝓhibetur xpianis figmenta legere poetaꝝ. qꝛ ꝑ oblectamenta inaniū fabulaꝝ mentē excitant ad incentiua libidinū. Non eñ ſolū thura offerendo demonibus immolatꝛ. ſed etiā eoꝝ dicta libentius capiendo. Quidam plus meditari delectantur gentiliū dicta ꝓpter tumentē et ornatū ſermonem. q̄ꝫ ſcripturā ſanctam ꝓpter eloquiū humile. Sed q̄d prodeſt in mundanis doctrinis ꝓficere et inaneſcere in diuinis: caduca ſequi figmenta et ad celeſtia faſtidire miſteria: Cauendi ſunt igitꝛ tales libri et ꝓpter amorem ſanctaꝝ ſcripturaꝝ vitandi. Gentiliū dicta exterius verboꝝ eloquētia nitent. interius vacua virtutis ſapientia manēt. Eloquia aūt ſacra exterius incompta ꝟbis apparent intrinſecus aūt miſterioꝝ ſapientia fulgent. Vñ et Apoſtolus: habemus inquit thezaurū iſtum in vaſis fictilibus. Sermo quippe dei occultū habet fulgorē ſapientie et veritatis repoſitū in verboꝝ viliſſimis vaſculis. Ideo libri ſancti ſimplici ſermone cōſcripti ſunt. vt nō in ſapientia verbi ſed in oſtenſione ſpiritus hoīes ad fidem ꝑducerentur. Nam ſi dyalectici acuminis verſutia. aut rhetorice artis eloquentia editi eſſent. nequaq̄ꝫ putaretur fides xpi in

dei virtute.ſed in eloquētie humane argumentis cōſiſtere.nec quemq̄ȝ crederemus ad fidem diuino inſpiramine prouocari ſed pocius verborum calliditate ſeduci. Omnis ſecularis doctrina ſpumantibus verbis reſonans.ac per ſe eloquentie tumorem attollens. ꝑ doctrinam ſimplicem et humilem xp̄i euacuata eſt.ſicut ſcriptū eſt: Nonne ſtultā fecit deus ſapientiā huius mundi: Faſtidioſis atq̄ȝ loquacibus ſcripture ſancte minus ꝓpter ſermonem ſimplicem placent. Gentili em̄ eloquentie comparata videtur illis indigna. ꝙ ſi animo humili miſteria eius intendant.confeſtim aduertunt quantum excelſa ſunt.que in illis deſpiciunt. In lectione non verba.ſed veritas eſt amanda. Sepe autem reperitur ſimplicitas veridica. et compoſita falſitas.que hominem ſuis erroribus allicit.et per liugue ornamenta loqueos dulces aſpergit. Nihil aliud agit amor mundane ſcientie.niſi extollere laudibus hominē. Nam quāto maiora fuerint litteratura ſtudia. tāto animus arrogantie faſtu inflatus.maiore intumeſcit iactantia. Unde et bn̄ Pſalmus ait: Quia non cognoui litteraturā introibo in potentias dm̄. Simplicioribus litteris non eſt preponendus fucus grāmatice artis. Meliores ſunt em̄ cōmunes lrē. quia ſimpliciores et ad ſolam humilitatem legentiū ꝑtinentes.ille vero nequiores.quia ingerunt hominibus ꝑnitioſam mentis elationem. Meliores eſſe grāmaticos q̄ȝ hereticos. heretici enim hauſtum letiferi ſucci hominibus ꝑſuadendo ꝓpinant. grāmaticoꝝ autē doctrina poteſt etiā proficere ad vitam.dum fuerit in meliores vſus aſſumpta.

## ¶ De collatione. ¶ Capitulum xiiij.

Cum ſit vtilis ad inſtruendum lectio.adhibita autem collatione maiorē intelligentiam prebet. Melius eſt em̄ cōferre q̄ȝ legere. Collatio aūt docibilitatē facit. Nā ꝓpoſitis interrogationibus cunctatio reꝝ excludit.et ſepe obiectionibus latēs veritas apꝓbat. Quod em̄ obſcurū aut dubiū eſt.cōferēdo cito proſpicit. Multū ꝓſunt in collatōe figure. Res em̄ que minus ꝑ ſe aduertuntur.ꝑ cōparationem reꝝ facile capiunt. Nā ſepe ſub ſpē alia ſpiritales cauſas ſcripture diuine inſinuāt et niſi ꝑ aliquā euidentē oſtenſionē

vix apparent occulta legis miſteria. Sicut inſtruere ſolet col
latio. ita cōtentio deſtruit. Hec eñ relicto ſenſu veritatꝫ lites
generat. et pugnando verbis etiā in deū blaſphemiā ingerit.
Inde et hereſes et ſciſmata. quibus ſubuertiꝛ fides. veritas
corrumpitur. ſcinditur caritas. Cōtentioſoꝝ ſtudiū non pro
veritate. ſꝫ pro appetitu laudis certat. tantaqꝫ eſt in his puer
ſitas vt veritati cedere neſciāt. ipſamqꝫ rectāqꝫ doctrinā eua
cuare cōtendant. In diſputatione infideliū cauenda eſt ꝓpoſi
tionū artificioſa ſubtilitas. que callidis obiectionibus retia
tendit. Ita eñ verſutis aſſertionibus prauoꝝ diſputatio in
nodatur. vt recta eſſe ſimulēt que ꝑuerſa ꝑſuadēt. Lectio me
morie auxilio eget. Q̄ ſi fuerit naturaliter tardior. frequēti ta
men meditatione acuitur ac legendi aſſiduitate colligiꝛ. Se
pe ꝓlixa lectio longitudinis cauſa memoriā legentis oblitte
rat. Q̄ ſi breuis ſit ſubmotoqꝫ libro ſententia retractetur in
aīo. tunc ſine labore legiꝛ. et ea que lecta ſtꝫ recolendo memo
ria minime excidunt. Acceptabilior eſt ſenſibus lectio tacita
qꝫ aperta. Amplius eñ intellectus inſtruitur qñ vox legentis
quieſcit. et ſub ſilentio lingua mouetur. Nam clare legendo
et corpus laſſatur vt vocis acumen obtunditur.

## De contemplatione et actio ne.

¶ Capitulum xv.

Actiua vita innocentia eſt opeꝝ bonoꝝ. cōtemplati
ua ſpeculatio ſupnoꝝ. Illa cōmunis multoꝝ eſt. iſta
vero paucoꝝ. Actiua vita mundanis rebus bñ vtiꝛ.
cōtemplatiua vero mundo renuncians. ſoli deo viuere delec
tatur. Qui prius in actiua vita proficit. ad cōtemplationē be
ne conſcendit. Merito eñ in iſta ſuſtollitur, qꝛ in illa vtilis
inuenitur. Quicūqꝫ adhuc tꝑalem gloriā aut carnalē affectat
cōcupiſcentiā a cōtemplatione ꝓhibetur. vt poſitus in actua
lis vite oꝑatione purgetur. In iſta eñ prius ꝑ exercitiū boni
oꝑis cuncta exhaurienda ſtꝫ vicia. vt in illa iam pura mentis
acie ad cōtemplandū deū quiſqꝫ ꝑtrāſeat. Et licet cōuerſus
ſtatim ad cōtemplationē cōſcendere cupiat. tñ rōne cogitur
vt prius in actiue vite operatione verſetur. Exemplum enim

actiue vite de Jacob ſume.qui dum ad Rachel hoc eſt ad viſum principiū deſtinaret.que cōtemplationē ſignificat. lia illi.hoc eſt laborioſa vita ſupponitur q̄ actiuā demonſtrat. Sicut ſepultus ab oī negocio terreno priuatur. ita et cōtemplationi vacans ab oī occupatione actiuali auertitur. Et ſicut ab actuali vita conſcendentes in cōtemplationis quiete ſepeliuntur.ita ab actione ſeculi recedentes eos vita actiua in ſe quaſi ſepeliendo ſuſcipit.ac ꝑ hoc vite mūdane actiua vita.et vite actiue cōtemplatiua ſepulchrū eſt. Uiri ſancti ſicut a ſecreto cōtemplationis egrediunt̄ ad publicū actionis.ita rurſus ab actionis manifeſto ad ſecretum cōtemplationis intime reuertuntur.vt intus deū laudent vbi acceperūt vnde et foris ad eius gloriā operant̄. Sicut aquile moris eſt ſꝑ oculū in radium ſolis infigere.nec deflectere niſi eſce ſolius obtentu. ita et ſancti a cōtemplatione ad actualem vitā interdū reflectuntur.cōſiderantes illa ſumma ſic eſſe vtilia.vt tñ iſta humilia ſint paululū noſtre indigentie neceſſaria. Jn actiue vite genere humana intentio ꝑſeueranter incedit.in cōtemplatione aūt ſeſe ꝑ interualla reſumit:q2 diuturnitate cōtemplandi laſſatur. Uiſio aīaliū in Ezechiele.que ibant et nō reuertebant̄ ꝑtinet ad vite actiue ꝑſeuerantiā.et iteꝝ ea aīalia q̄ ibant et reuertebant̄ ꝑtinēt ad cōtemplatiue vite menſurā.in qua dum quiſqꝫ intenderit. ſua reuerberatus infirmitate reflectit̄.atqꝫ iteꝝ renouata intentiōe ad ea vñ deſcenderat rurſus erigit̄. Quod fieri in actiua vita non p̄t.de quaſi quiſqꝫ deflectat vel ad modicū.ſtatim vicioꝝ excipitur fluxu. Oculus dexter ſcādalizans quē euelli dñs precepit.vita cōtemplatiua eſt. Duo oculi in facie.actiua vita et cōtemplatiua in hoīe. Qui igitur ꝑ cōtemplationē ceciderit in errorem:melius eſt ſi euellat cōtemplationis oculū.ſeruans ſibi vnū vite actualis obtutū.vt ſit vtilius illi ꝑ ſimplicē actionē ire ad vitā q̄ꝫ ꝑ cōtemplationis errorē mitti in gehennā. Sepe mēs ad ſumma ab imis erigit̄.et ſepe a ſummis ad infima pondere carnis inclinata reflectit̄. Multos d̄s ex carnalibus ſua grā viſitat.et ad cōtemplationis faſtigiū eleuat multoſqꝫ a cōtemplatione iuſto iudicio deſerit.et lapſos in terrenis operibus derelinquit.

# De cõtemptoꝛibus mundi.

Capitulum xvi.

EA que ſeculi amatoꝛibus chara ſunt. ſancti velut ad
uerſa refugiunt. pluſqꝫ aduerſitatibus mũdi gaudent
q̃ꝫ pꝛoſperitatibus delectent̃. Alienos eſſe a deo qui
bus hoc ſeculum ad omne cõmodum pꝛoſperatur. Seruis
aũt dei cuncta huius mũdi cõtraria ſunt. vt dum iſta aduer
ſa ſentiunt. ad celeſte deſiderium ardentius excitentur. Mag
na apud deũ refulget gratia. qui huic mundo cõtemptibilis
fuerit. Nam reuera neceſſe eſt vt quẽ mundus odit diligatur
a deo. Sanctos viros in hoc ſeculo legimus ꝑegrinos eſſe
et hoſpites. Unde et repꝛehenditur Petrus ꝙ tabernaculũ
in monte fieri cogitauit quia ſanctis in hoc mundo taberna
culum nõ eſt quibus patria et domus in celo eſt. Sancti vi
ri ideo cõtemnere cupiunt mundum. et motum mentis ad ſuꝑ
na reuocare. vt ibi ſe recolligant vnde defluxerunt. et inde ſe
ſubtrahant vbi diſperſi ſunt. Iuſti qui rebus honoꝛibuſqꝫ ac
vite blandimentis renunciant. ꝓinde ſe ab oĩ terrena poſſeſ
ſione moꝛtificant vt deo viuunt. ideoqꝫ ſeculi huius blanditi
as calcant vt validioꝛes ad vitam illã de huius vite moꝛtifi
catione cõſurgant. Cuncta quippe tꝑalia quaſi herbe viren
tes areſcunt et tranſeunt. ideoqꝫ et pꝛo eternis rebus que nũ
q̃ꝫ areſcunt. recte iſta dei ſeruus cõtemnit quia in eis ſtabilita
tem nõ aſpicit. Qui poſt renunciationẽ mundi ad ſupernam
patriã ſanctis deſiderijs inhiat. ad hac terrena intẽtione qua
ſi quibuſdã pennis ſubleuatus erigit̃. et in quo lapſus erat ꝑ
gemitũ conſpicit. et vbi ꝑuenerit. cũ gaudio magno intendit.
Qui vero a cõtemplationis require reflexus in curis huius
